Actvs [b] requirit tria regulariter, ut in ca. magne de uoto. & ar. 2. quæſ. 1. aliud. Primū quid liceat ſecundū æquitatē. Equitas uero eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata ſcd̄m Cypria. Scd̄m quid decet ſcd̄m honeſtatem. & eſt diuerſum a uerbo licet, qa multa licēt q̄ nō decent. Tertiū quid expediat ſcd̄m utilitatē, unde filiæ ſine cōſenſu patris contrahere mrimonium licet. ut in c. ſufficiat. 27. q. 2. ſed non decet. ut in c. 1. de deſponſa. impube. nec ēt expedit, cum mulieres ſæpe laborent contra propria cōmoda. l. ſi pater. in fi. C. de deſpon.

1 Qūo cognoſcet̄ ſi actus eſt ualidus Reſp. Pa. in c. cū oli de cleri. cōiug. q recurrendū eſt primo ad cōſuetudinē loci ubi quis oriundus fuit, uel ubi actus eſt geſtus, & nō ad conſuetudinē loci alterius, uel ubi actus eſt applicādus. [c] Exemplū natus de patre ſacerdote eccleſiæ oriētalis qui contraxit ſcd̄m eorum ritum, eſt legitimus ubique, & ideo pōt eligi in eccleſia occidētali pro prælato, facit in ar. ad hoc. l. 1. C. de man. li. & no. per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & l. cunctos populos. C. de ſum. trini. & facit ad quæſtium teſtm̄ factum Senis cum tribus teſtibus ſecundum eorum ſtatuta ualeat, quo ad bona alibi exiſtentia. [d]

2 Itē actus geſtus ab habēte duplicem p̄tātem, ſemper in dubio præſumit̄ geſtus ſcd̄m eā poteſtatē ſecundum quā actus tolerari poſsit, ut ualeat, ut no. Pa. in cap. niſi eſſent. de præben. facit. c. quod ſicut [e] de ele. p̄ſumitur actus

a Acoliti] Vnde latine dicuntur accedentes, a deportandis cereis, quando legendum eſt euangelium aut ſacrificium offerendum, tunc enim accēdunt luminaria & portant, licet ſol eodem tempore rutilet ad ſignum tamen letitiæ. Ad demonſtrandū ut typo luminis corporalis oſtēdat illa lux, d̄ qua Io. 1 erat lux uera.

b Actus] Dupliciter capitur actus. 1. ꝓ quadam ſeruitute, quas is cui debet habet ius, q pōt per fundum i quo ſibi hæc ſeruitus d̄betur ducere iumentū uel uehiculum ſuum. ſ. ut non ſolum poſſit ambulare per ſe, ſed ēt iumētū & quadrigā ſecum ducere. ff. de ſerui. ru. pre. l. 1. uerſ. actus. Et l. inter. & inſti. eo. §. actus ſecundo capit̄ actus ꝓ operatione, ut hic unde dicitur actus actiorum &c. ſecundo de aīa & 1. q. 1. per Iſaia. cum ſi. Acta uero dicūtur ſcripturæ negotiorū, quę in iudicio agūtur, ordinē eorum modum & formam continētes, uel etiā ſunt proceſſus ſiue geſta curiæ, ut ſunt cōia, ut C. de iudi. l. ult. ff. de re iud. l. actorū uerba. & l. Pau.

c Vbi actus ē applicādus] Adde tex. ī l. 1. C. de eman. li. ubi alienigena emācipatus duūuiris. i. officialib. ſcd̄m legē municipii. i. cōſuetudinē d̄r bñ emācipatus quo etiam ad alia loca. Exemplum. Quidam Paduanus fuit doctoratus Bononiæ ſine ſolennitate, quę requiritur Paduæ.

d Exiſtentia] Et cōiter tenet̄ q ſic in l. cūctos populos. Et in reſpicientib. deciſionē litis iudex ſemper debet ſeruare ſtatuta loci i quo celebratus ē ꝯtus & non loci iudicii. Ita Bar. in d. l. cūctos populos. ex quo ſeqt̄ q ſi ꝯctus ſit celebratus in loco ubi ꝯ iſtm̄ nulla poſſit opponi exceptio iudex debebit ſeruare illud ſtatutū, quāuis in ſtm̄ ibi factū ꝓducat̄ hic. Ita ſentit Bal. i hac q. in l. 1. C. ne ſi. ꝓ pa. Nam cū illud reſpiciat deciſionē litis &c. Et hoc etiā infert̄ q ſtante cōſuetudine uł ſtatuto, quòd ſcripturæ priuatæ, ut ſunt apoce mercatorum ſcripte eorum manu, uel libri rōnū ꝑſonam fidē faciāt certe ſtabit̄ conſuetudini illius loci in priuatis ſcripturis ibi factis, quamuis ī alio loco agatur iudiciū. d. Ant. in ca. 2. de fide inſtr. Fal. lit. i dote. Lex igere dotem de iud. Quia ſi ſtatuto cauetur, ut mortua uxore ſine liberis uir lucretur tertiā partem dotis, & in ciuitate, uiri dicatur q lucretur dimidiam certe ſtabitur ſtatuto loci mariti. Vide alia pul[illegible] in d. l. cunctos populos. p d. Iaſ.

e C. q ſicut] Archieps añ recepiū paliū nō pōt cōuocare conciliū, cōficere criſma &c. ut ibi. Et tñ eſt etiā epiſcopus. Tamen pręſumitur illos actus feciſſe, ut archiepiſcopus, ut ibi.

Duplicem

a Duplicem potestatem] Exemplum cōpromittit in aliquem tāquam in iudicem, & tanquam in arbitratorem, seu amicabilē compositorem. Quia pōt iudex in eodem facto procedere tanquam iudex, & tāquam arbitrator. Et sic limita. quod habetur in authen. ut diffe. iud. Et in auth. si uero contigerit. C. de iud. per compromissum. n. factum in iudice non receditur a ptāte iudiciaria, sed simul & semel pōt iudex utraque ptāte uti, & excessus factus ab isto iudice in iudicando attribuetur arbitrariæ ptāti per quam pōt tollere ius unius & alteri dare tex. est in d. c. nisi essent.

b L. 3.] Nā ibi est casus ꝙ miles qui uolebat facere testamentum iure cōi, si nō potuit perficere ꝓsumitur uoluisse uti iure spāli, quia illud quod ex nr̄a uoluntate dependet intelligimur facere omni iure quæ melius facere possimus, unde in simi. Bar. in l. post mortē. §. 1. ff. quando ex fa. tu.

c Accusatio] Accusator dicitur ille qui criminalē coram iudice mouetur quæstionem. [illegible] logizatur in ca. forus. de uer. sig. Accusator quasi quæ ad causam uocat.

factus respectu maioris potestatis ab eo qui duplicem potestatem [a] habet. facit l. tertia. [b] ff. de mili. testamen.

3 Actus legitimus est ille qui obuenit uel firmatur a lege ff. de uerbor. sign. l. lege obuenire, ut est emancipatio, acceptilatio, aditio hæreditatis, contractio matrimonii, tutoris datio, & huiusmodi quæ non sunt actus contractuum, secundū uero ordinem minorum est regere, prædicare, confessionem audire, legere, uisitare, diffinire, eligere eligi, accusare, testificari, & ad ordines promoueri, qui omnes intelliguntur solum nomine actuum legitimorum & non alii.

ACCVSATIO [c] est aliquem in libello reū de crimine deferre ad uindictam secūdum Azo. in summa in rub. C. de accusa. Circa quam quærendam sunt infrascripta.

1 Vtrum accusationem debeat præcedere monitio. Respon. quòd non de necessitate. arg. cap. 2. & c. qualiter & quando. el secundo de accu. & in gl. 2. q. ult. §. 1. Ratio quia fit solum ad pœnam imponendam ut in gl. in ca. licet. de simo.

2 Vtrum aliquis teneatur accusare. Respon. secūdum gl. in capit. quapropter. 2. q. 7. quòd nemo. facit text. in l. unica. C. ut nemo inuitus. & cap. si primates. 5. q. 2. & glo. in cap. licet. in fin. de accus. Bartol. [d] in l. in eum. ff. de accu. dicit uerum nisi in homicidio, quoniam hæredes tenentur accusare. argum. l. prætor. §. 1. ff. de iniu. alias perderent hæreditatem. & l. cum furem. C. de his qui. ut indi. sed contrarium uidetur tenere gloss. in l. si quis homicidii. C. de accusa. & ibi Cyn. Bald. Salycet. & Angel. & Raph. in d. l. in eum. scilicet quòd non tenentur accusare. & iura quæ uidentur contraria non loquuntur de accusatione proprie, sed de denuntiatione [e] de qua dicam in titu. suo, & in quo differt ab accusatione, imo uidetur quòd accusare sit contra præceptum diuinum dum dicit. Dimitte nobis debita nostra. gloss. est in l. furti. §. pactus. ff. de his qui not. īfra. de quo dic, ut infra. §. 4.

3 Quis potest accusare. Res. aut crimen ē priuatū aut pu

secus. Item pro Bartol. facit quod dixit Odofre. in consil. incipien. Titius aliquem interfecit & filius interfecti timet accusare interfectorem propter suam potentiam. Dixit enim potestatem, qui non poterat procedere ex officio nisi accusationem bene fecisse, si compulit illum ad accusandum, quāuis lege non caueatur. Quia expedit reipublice ne maleficia remaneāt impunita. l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquiliam. Et propter scādalum multa conceduntur. l. penult. ff. de sica. Et quia si maleficium non puniretur, res esset mali exempli. l. obseruandū. ff. de offi. præsi. l. diuus. ff. de re iudica. Et timeat potentiam aduersarii faciat sibi dare securitatem. l. præsenti. circa fin. & l. fin. C. de his q ad ecclesias confugi. Et specu. tit. de accusatore. §. 1. in princip. & uersicul. quid si nullus dicit ꝙ licet in tali casu [illegible] possit cogi, bn̄ tamen faceret iudex si cogeret &c. intellige sic prædicta secundum Tho. secūda secundæ. quæst. 68. ar. 1. Quando tale crimen uergit in detrimentum reipublicæ, & in multitudinis corruptelam, corporalem seu spiritualem, & possit probare. Opin. autem gloss. in d. l. si quis homicidium. & Cyn. & aliorum intelligitur, quādo tale crimen non potest probari, uel non redundat in detrimentum multitudinis, aut reipublicæ, ut dicit Thomas ubi supra.

d Bar.] Pro opinione Bartol. facit text. in d. l. si quis homicidii. in uerb. coges. Facit etiam quia hæres perdit hæreditatem defuncti, si non uendicat mortem eius accusando, ut l. 1. C. de his quæ. ut indig. ergo iudex potest eum cogere accusare, ne delinquat. Et hinc est, quòd si iudex uidet te uelle delinquere potest te cogere, ne delinquas. l. prima in fin. ff. de offic. præfur. Et l. congruit. ff. de offic. presb. Sed in aliis criminibus potest dici

e Sed de denuntiatione] Quia debet hæres dicere. Denuncio uobis mortem talis quæ suam mihi reliquit hæreditatem.

Si priuatum]

blicũ. Si priuatum [a] regulariter, non admittitur nisi cuius interest, ut uidetur uelle gloss. in l. fin. ff. de priuat. deli. quod limita. nisi tale delictum priuatum ex quo pœna pecuniaria applicanda fisco debeat imponi, quia tunc quilibet de populo admittitur ad accusandum pro illa pœna. [b] Ita uult gloss. sing. Dyn. & Bartol. in rubr. ff. de popu. actio. licet Bald. teneat contra in l. aduersus. C. de fur. si uero est crimen publicum [c] quilibet admittitur qui nõ prohibetur specialiter lege uel statuto aut cõsuetudine & qui prohibeantur habes. 2. q. 7 & 3. causa. q. 4. & 5. per totũ. & de accu. in multis. c. & in l. qui accusare cũ plurib. legib. se. ff. de accu. sicut sunt infames minores pauperes [d] & multi quos omitto, qa nõ ꝑtinet ad nos, & hoc uerũ nisi in duobus casibus. Primus quando suam uel suorũ iniuriam prosequuntur, ut no. in l. fi. ff. de pri. deli. & in l. fi. ff. de iniu. facit glo. in l. cum emancipati filij §. emancipatus. ff. de col. bo. Secundus quando delictum nõ commissum contra personam, puta statuto c..uetur, ut qui blasfemauerit uel iuerit de nocte puniatur in 10. tunc quilibet ad accusandum talem admittitur, ut no. Bartol. & Ioan. de Imol. in l. 1. ff. de pub. iud. & Bar. in l. lex Cornelia. §. si quis libellum. ff. de iniur. Requirunt tamen multas limitationes & distinctiones quas dimitto, quia ad nos non pertinent. Vide 2. q. 1. prohibentur ubi de hoc. Clericus tamen ad uindictã publicã accusare non debet, etiam si pœna sanguinis nõ uenit imponenda. facit. c. sicut sacerdotes. 2. q. 7. quia hmõi odiosis non debet se immiscere secundum Pa. in c. cum p. de accu. [e] sed si prosequitur iniuriã suam põt ẽt si uenit imponenda pœna sanguinis secundũ Panor. ubi s. dũmõ dicat ꝙ non intendit accusare, ut pœna imponatur [f] tex. est clarus in ca. prælatis de homi. li. 6.

4 Qua intẽtione debet quis accusare, ut sit sine peccato accusatio? Resp. quod ꝑ ꝑ bonũ cõe. sicut cæteri qete uiuãt 23. q. 5. non frustra. uel propter [illegible] interesse. Alias tale erit peccatum qualis inordinatio intẽtionis, scilicet & mortale, si ex odio, ueniale, si aliqua passio fragilitatis immisceatur. arg. [illegible] c. [illegible] sti. 8 de accu. & 2. quæst.

a Si priuat.] Vt furtũ rapina iniuria &c. Vt dicit gl. in ru. de pub. iudi.

b Pro illa pœna] Cui aũt applicet illa pœna dic ut ĩ l. 3. ff. de sepul. uio. & in l. agraria. ff. de termi. amo. & Pa. in rubrica. de iudi.

c Crimen publicũ] Vide qd sit crimẽ publicũ ĩ. crimẽ. §. 6

d Pauperes] & criminosi, qa q̃ trabẽ gestatĩ oculo festucã d̃ oculo frĩs sui nõ põt eruere.

e Secundũ Pa. c. cũ. p. d̃ accu.] Rõ quia accusatio dr̃ genus illaudabilis intentionis. 2. q. 7. c. si qs. Itẽ qa clerici debẽt esse segregati a uita laicorũ, ut in d. c. Itẽ sicut. Itẽ qa clericus nõ põt aduocare, cũ ipse dbeat uelle oĩb. ꝓdesse. c. si. d̃ postu. fortius debet remoueri ab accusatione q̃ est magis odiosa &c. Sed nunqd laici possĩt clericos accusare. Rñ. aut laicus uult accusare criminaliter, & tũc regulariter nõ admittit̃, ẽt si eẽt patronus ecclĩæ, ut not. gl. 2. q. 7. c. i sancta. qa laici ꝑsumunt̃ ex odio accusare clericos. 2. q. 7. c. laicos. & c. laici. Itẽ qa debẽt clericos reuereri. 2. q. 7. Oues & c. sacerdotes Fallit ĩ qbusdã casib. de qbus per Pa. in d. c. cũ p. Si uero ciuiliter, & tũc patronus admittit̃, ẽt si bñficio priuet̃, ut no. ĩ c. ex pte Adde. d̃ testib. De parrochianis ẽ dubiũ, sed dic ut ꝑ Pa. in c. illa. de accusa. Alij uero laici nõ admittuntur. Sed nunquid clerici clericos? Dr̃ ꝙ sic, si sunt bone fame, ẽt eorũ super res, ut in c. ex parte. & in c. ueniens & in c. licet de accu. Si uerò male fame nõ admittunt̃, ut in c. cũ dilectus de accu. nisi in exceptionib. criminalibus, qa in illis admittuntur ẽt ꝯ. non infamatos. Et in hoc differũt a laicis. Et de hoc in c. 1. de confes. Et 15. q. 3. c. fi.

f Vt pœna imponatur] Pro complemento huius. §. scias ꝙ iudicium dicitur publicum tribus modis. Vno modo largissimè, ut omne iudicium quod fit ad uindictam seu ad ultionẽ publicam, dicitur publicũ. Et isto mõ accipit̃ in l. interdum. ff. de publicis iudic. in l. ꝙ senatus. ff. de iniur. Et in l. licitatio. § ꝙ illicite. ff. de pu. Alio mõ dicit̃ large, qñ q-libet d̃ populo põt accusare. & sic accipit̃ in §. cõsequens in tit. de suspec. tut. & in d. l. ꝙ senatus. De hoc ꝑ Bar. in rubr. ff. de popu. act. Et l. lex Cornelia. ĩ fi. ff. d̃ iniu. Circa qd' dat̃ rĩa, ꝙ oẽ iudiciũ quod nõ respicit certã personã principaliter, quilibet de populo põt accusare. Vt si sta tutũ dicat, si qs iurauerit ꝑ corpus Christi puniat̃ in cẽtũ, nã istud nõ respicit offensam ꝑsonę, sed malos mores, & sic qlibet põt accusare. Et sic loquor. d. l. ꝙ senatus. Sed iste cõdẽnatus nõ punit̃ pœna infamiæ, sicut cõdẽnatus de publico iudicio stricti iuris 3. mõ accipit̃ publicũ iudicium strictæ. Et sic accipit̃ in tit. & l. 1. ff. de publi. iudi. Et ista sunt iudicia, de qb. dãnatus statim efficit̃ infamis. ff. de his q notant̃ infamia. Hæc Bar. ĩ d. l. 1. ff. de publicis iudicis.

g C. accusasti] No. illã canonẽ, quæ imponit pœnam accusantibus calumniose. Nã si quis est occisus debet ieiunare per 40. dies in pane & aqua, cũ carina. i. carentia, quia separari debet ad hominibus, & postea per septem sequentes annos ieiunando. s. ferijs canonicis qualibet hebdomada ſm iudicium sacerdotis, d̃ quo ĩ c. pẽ. 11. q. 3. Si aũt fuerit debilitatus,

& erit

7. si qui sunt [a] & d. c. qualiter & quando non tamen tenetur ad aliquam restitutionē propter hoc sed solum ad pænitentiam de peccato.

5 Quis modus sit seruandus in accusatione uide 2. q. 8. per totum.

6 Vtrum pactum seu iuramentum de non accusando ualeat. Resp. secundum glo. in c. quemadmodum. de iure iur. quòd non tenet de crimine perpetrando [b]. ff. de pactis lege si unus. §. pacta. & §. sequen. & peccat mortaliter si hoc iurat, ut patet infra. Iuramentum. 5. §. 13. De peccato uero commisso ualet d. §. pacta. & in tex. d. ca. quemadmodum. ibi non solum septies. Si tamen pecuniam reciperet, turpiter accipit, & restituere tenetur de bono consilio. Ratio quia propter charitatem proximi ex compassiōe debet moueri credens quod se emandabit & non propter pecuniam. Multofortius debe- ret restituere si recepisset pro non accusando de peccato perpetrando, uel pro accusando calumniose. 1. quæstio. 1 iubemus. uide infra clare.

7 Vtrum quis possit desistere ab accusatione incepta. Respon. si uidet eum quem accusauit innocentem tenetur omnimodo quo potest desistere. 2. quæstion. 3. si quem aut per abolitionē. [c] Si uero non cognoscit innocentem eum esse, potest desistere si uult quo ad conscientiam ex charitate, sed non ex præmio, ut not. glo. in cap. primo de collu. detegen. sed quo ad impunitatē fori contentiosi non potest [d] nisi in certis casibus, de quibus uide Barto. in lege quæsitum. ff. ad turpil. & Pan. in c. licet. de accusa.

8 Quot modis accusatio redditur uitiosa. Respon. quòd tribus modis secundum Gratianum. 2. quæst. 3. in §. notandum. & l. 1. ff. de aboli. scilicet. Primo calumniando, & tunc est quando falsum crimen imponitur, & talis tenetur de omni damno dato proximo. c. ulti. [e] de calum. & peccat mortaliter. 12. q. 2. c. primum. Secundo tergiuersando, & tunc est tergiuersator quando in totum a lite recedit sine licentia iudicis. Hoc intellige quo ad conscientiam si ex aliquo malo fine facit, quia si ex compassione proximi quo ad conscientiam licet, sed quo ad forum cōtentiosum punitur in quinque libris auri. l. 3. ff. de præuari. Tertio præuaricando; [f] & tunc est quando colludit cum reo fallas probationes & uarias simulando, & talis punitur arbitrio iudicis. ut l. prima, & secūda. ff. de præuari. Sed in conscientia credo non peccet nisi talis falsitate uel mē-

& erit qn̄ quis perdiderit exercitium alicuius mēbri propter percussionem, ut non possit libere exercere officium brachii uel pedis, & sic cōtingit debilitatio sine membri abscisione. Vide aliquid in c. sicut urgeri. 1. q. 1. & in c. ego. de iureiuran. in ca. 1. qui clem. uel uo. Not. Bar. in l. 2. ff. de pu. 3. & ibi tangit de mutilatione. s. detrūcatione. Ad hoc quod no. in cle. 1. de ho. Et hoc no. pro statutis facientibus mentiōem de hoc. Hæc Pa. in d. c. accusasti. debet igitur accusator per tres quadragesimas pœnitere.

a 2. q. 7. si qui sunt] Ille qui calumniatus ē semel non admittitur amplius ad accusandum, quia tunc præsumitur malo zelo &c. ut dicit gl. in c. ueniens. de accu. in uer. silētium. Et tex. in l. si cui. §. 1. de accusa. & ibi glo. & Bar. qui tractant materiam reg... Qui ... ma- lus ... lib. 6.

b De crimine perpetrando] ... quod no ... Bal. in §. itē sacramenta ... gl. si ... tex. de pac... Si al... pro mittit ... iurat, non ... lēt iuramentum, quia aperiret uiam iniquitatis ad delinquendum al. legat Innoc. in c. ad nostram. de iureiur. Item si fiat statutum q̄ quilibet exbannitus soluens mille extrahatur de banno, non habet locum in eo qui fuit exbannitus post statutum conditum. Quia si traha... ...

tura, daret materiam delinquendi l. 2. & ibi Saly. C. de generali aboli. Ita Bar. & Bal. in l. cum lex. per illum tex. ff. de legi. item rescriptum dans remissionem pœnæ infligendæ ante delictum commissum nō ualet. Sal. in l. castitati. C. de adul. q̄a remissio fit pœnitēti sed penitere & operari simul stare non possunt. Quid autem de accusatione ciuili, puta ad diuortiū celebrandū ad cōmodū mariti? Credo simpliciter pactū nō ualere, ēt si interueniat iuramentū quia tunc tutius esset non accusare, ut in d. cap. quemadmodū. Et per hoc limitatur not. d. §. pacta. quia magis stringit iuramentum q̄ simplex pactū. ar. c. debitores. de iureiur. Facit quod not. Ioan. Andr. in add. Spe. titu. de donat §. 1. uer. qd si actū.

c Aut per abolitionem] Abolitio est peremptio accusationis institutæ per sententiam ... glo. in rub. C. de abolit.

d Non potest] Ratio quia facit iniuriā reipubli. cuius interest, ne delicta remaneant impunita, quia facilitas ueniæ &c. 23. q. 4. est iniusta.

e C. ul. de cal.] Et no. ibi gl. se... tex. ... accusator eo ip- so q̄ nō p̄bat. Idē tenet Bar. in l. 1. ff. ad turp. & in l. ... §. ...icator. ff. de infa. & est glos. sing.

f Tertio præuaricando] Pan. in d. c. fi. not. aliquos casus in quibus quis non præsumitur præuaricator

non

dacio utatur & huiusmodi prohibitis. uel ex aliquo malo siue de istis habes in l. 1. ff. de aboli. & in l. 1. ff. ad turpilia.

9 Vtrum post peractam pœnitentiam de peccato posit quis sine peccato accusare talem. Respon. secundum Innoc. in ca. de his. de accusat. quòd sic. & tenet glo. [a] similiter ibidem. Ratio est quia per pœnitẽtiam satisfit deo, sed per punitionem quæ imponitur in iudicio satisfit reipublicæ, ut cæteri timeãt & quietius uiuant. facit. C. de aposta. l. hi qui. cum suis concordantiis.[b]

10 Vtrum semel accusatus posit de eodem iterum accusari. Respon. quod non ca pi. de his. de accusa. quia delictum unius hominis sæpius quæri non debet. ff. nau. cau. sta. l. licet. §. ultim. 35. q. 9. ueniam.[c] Fallit in duobus casibus. Primus si secundus accusator doceat primum præuaricasse. ff. de prenaricato. l 3. Secundus si suum dolorem prosequens ignoret accusationem ab alio institutam l. si cui. ff. de accusatio. uide glo. in d. cap. de his.

11 Vtrum accusatus posit sine peccato aliquid dare accusatori, ut desistat ab accusatione. Respon. Innocen. in ca. crimina. de collu. detegen. quòd quædam est causa criminalis, [d] & in hac ante inchoatam accusationem [e] per gratiam desistere potest. ut. ff. de his qui not. infa. l. furti. §. pactus. & ff. ad turpil. l. mulier. & l. quæsitũ. post non licet nisi ut habetur. C. de abo. l. 2. & 3. & 5. q. 1. quidam. [f] & transigere aliquo dato uel retento in crimine publico non licet. & si fiat transactio nulla est. & accusatus habetur pro confesso. C. de transact. l. transigere. ff. de præuari. l. in omnibus. Vbi autem est tale crimen quod irrogat pœnam sanguinis, licet unicuiq; sanguinem suum redimere qualitercunque. ff. de bo. eorum. l. 1. uel pœnam detrusionis perpetuæ secundum Pan. in c. 1. de collu. dete. quia licet tunc nisi in adulterio.[g] di. l. transigere. In aliis autẽ ubi pœna sanguinis non irrogatur transigere non licet[h] nisi in crimine falsi, & ut in d. l. transigere. In crimine uero priuato transigere licet secundum gloss. in dicta. l. transigere. & no. quòd secundum canones omne crimen dicitur publicum, & ideo trãsigere non licet, ut de collu. dete. per totum, quia ecclesia pro nullo crimine imponit pœnam sanguinis. c. sententiam sanguinis. ne cle. uel mona. Excepto ubi imponẽda est pœna detrusionis perpetuæ, [i] ut dictum est.

non probando.

a Glo. similiter ibidem] Idem dic de peccatis remissis in baptismo, ut nota. glo. in c. gaudemus. de diuor & in c. admonere. 33. q. 2. Et est cõis opin. ẽm Ioan. de Ana. uerũtñ uidetur æquius, ꝙ non posit amplius accusari, quia ꝑ baptismũ tollitẽ omnis ĩfamia. gl. in c. sine pœnitentia. de cõse. di. 4. uide gl. 49. di. in pri. & in ca. ꝙ ar. 32. & quæst. 1.

b Concordantiis] Adde Pan. in c. accusasti. de accus. ubi quærit sic pone quidã interfecit patrẽ meum uel tutorẽ & pœnituit nunquid liceat mihi eũ accusare? Nam si non accuso perdo hæreditatẽ. l. 2. C. de his qui. ut indi. si uero accuso uideor malo zelo moueri, ex quo egit pœnitentiam. Vin. dubitat & plus sibi placet ut ab accusatione abstineatur. Io. An. tenet quod licite potest eũ accusare. ꝑ no. in ca. de his de accusa. Et hoc uerius.

c 35. q. 9. ueniã] Et diuina clemẽtia dimissa semel peccata in ultionem ulterius redire non patitur. de pœni di. 4. si illic. ubi de hoc. & 2. q. 3. §. notandum. Et uide infra falsarius. §. 11. quæ ibi notaui.

d Quędam est causa criminalis] Intellige quando agit criminaliter.

e Ante inchoatam accusationem] Id est antequam se inscripserit ad pœnam talionis.

f 5. q. 1. quidam] ut puta, quia per errorem uel calorem seu temeritatem accusauerit, uel de consensu rei. & si aliqua passus fuerit.

g Nisi in adulterio] Ratio est, propter frequentiam delicti, & ne ita frequentiam delicti, & ne ita frequenter contingat fuit sancitũ ut non trãsigat. Alia ratio est, ꝑpter honorem matrimonii cui lex multũ fauet ꝑ tex. not. in l. super statu. C. de qõ. ẽm Saly. & Moder. in d l. trãsiger. Limita primo istud procedere in adulterio uero secus in præsumpto qñ præmissa trina ꝓtestatione reperitur aliquis alloqui mulierẽ præsumitur adulterium & sufficit talis ꝑsumptio ad condẽnatio nem. §. 1. & ibi Ia. de Belui. in autẽ. ut li. ma. & auiæ. Vbi dat hanc limitationem ꝙ in adulterio præsumpto licitũ est transigere. Sequunẽ Bald. & Mod. in d. l. transigere. secũdo limita. uerum. s. ad finẽ impediendi ꝓcessus criminales. tñ põt fieri pax, ut euitetẽ rancor aĩ & inimicitia Bar. cõsil. inci. dño potestati rochæ.

h Nisi in crie falsi] Rõ est, q a condẽnatus de falso est quasi mortuus, cum multum homines detestẽtur hic crimen, & nulla fides istis amplius adhibeatur, unde tenent multi quos sequitur Bar. in d. l. transigere, ꝙ in crimine falsi potest indistincte transigi qcunque pœna ueniat imponenda ꝑdicta ratione.

i Pœna detrusionis perpetuæ] Licet contrariũ senserint

[a] Et q̃ dicantur crimina publica de iure ciuili habes infra crimen.§.7.

12 Vtrum accusatus teneatur respondere ueritaté. dic ut infra confessio delicti in princip.

13 Vtrum liceat accusato calumniose se defendere. Resp. q non etiam si iniuste accusaretur, quia de hoc esset genus uindictæ quæ sine peccato fieri nõ potest, immo post iuramentum de calumnia receptũ [b] esset periurus. Quã do etiã iuste accusatur defendendo se secundum iuris ordinem semper debet pro posse accusatoré excusare, nec peccat se defendendo secundum ordinem iuris, etiam si accusator remaneret infamatus secundũ Scotũ in 4. dist.15. quia non tenetur se prodere, unde potest quascunque exceptiones competentes proponere & appellare & alia iuridica facere, nõ tamen mendacium dicere, quia peccaret mortaliter secũdum Sco. ubi supra. appellare autem causa more asserendæ ne contra eum iusta sententia detur non licet, quia calumnia est, concordat Tho.2.2.q.69.ar.2.& Richar.in 4.distin.15. ar.5.q.3.

14 Vtrum accusator teneaẽ se inscribere ad penam talionis.[c] Vide infra inscript.§.1.

15 Ad quid tendit accusatio. Resp. Pa.in c. super his. de accusa. q tendit ad depositionem ab officio & beneficio. & si crimen sit enorme ad perpetuũ carceré, ut in c. tuæ. de pe. & hoc de iure canonico, sed de iure ciuili tendit, ut puniatur debita pæna. Denuntiatio uero tendit ad correctionem non ad puniendum peccatum pæna cõdigna, sed ut desistat a peccato & hoc procedit tam in denuntiatione euangelica q̃ canonica, tam iudiciali quã extraiudiciali.

ADIVRATIO creaturarum quid est. Respõ. Ric. in 3.distin.37.art.3.q.2. est ꝑ inuocationem diuini nominis uel alterius rei sacrę obsecrando uel imperando inclinare eas secundum se, uel in comparatione ad eas ad aliquid agendum uel patiendum.

1 Vtrum adiuratio hominis sit licita. Resp. qui supra ibidem q aut adiurans intendit eos inclinare ad bonũ aut ad malum culpæ. Primo modo aut adiurat obsecrãdo, & sic non accipit nomen dei in uanum. sic enim adiurauit Apostolus ad Ro. 12. obsecro uos per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra &c. Aut adiurat imperãdo, & tunc subdistingue. Aut adiurat eũ q sibi teneẽ obedire, & sic licet.

ferint Io. An.& d.Ant.in c.1.de collu.dete. Sed primum tenet Car.in c.fi.de transact. Et placet Pan.in d.c.per no.per Inno. in c.qualiter & quando.de accusa.ubi dicit q ista pœna æquiparatur morti. Sed Bar.in l.2.ff.de pub.iudi.& Bal.in l.reos.C.de accu. tenent q æquiparatur dãnationi in metallum, ideo nõ est licitum trãsigere. Ita in specie tenent. d.Ant. & Imo. in c.1.de collu. dete. & Ale. in d. l. transigere. C. de transact.

a Vt dictũ est] Pro intelligentia scias secundũ Pan. in c.1. de collu.det.q multis modis potest quis a lite recedere. primo ꝓprio motu & autoritate, quia sic sibi placet. secundo per gratiã quia ad præces rei uult recedere a lite. tertio ꝑ trãsactioné, ut quia recedit a lite aliquo sibi dato uel retento, nam illa ꝓprie est transactio.c.super eo. de transaction. quarto per abolitioné. uidelicet impetrando a iudice facultatem recedendi.& ut accusatio aboleatur, deleatur, & cancelletur ex aliqua causa, quia per errore uel caloré iracundiæ eum accusauit uel ex aliqua causa legitima, ut est. l. 2. C. de abolitio.de tex.cum glo. 2.q.3.si quem pœnituerit. Dic ergo his præmissis aut quæritur nunquid liceat recedere a lite in causa ciuili aut criminali. primo casu ante oblatum libellum licitum est regulariter recedere etiam motu proprio, etiam per gratiam & transactionem, quia inuitus compellitur agere.C. ut nemo inuitus in rubro & nigro.& not. in c.causam.de dona. & contum. Quandoque tamen ratione infamiæ, quia reus uult recedere de ciuitate actor cõpellitur agere, ut l.diffamari.C.de inge.& manu.& c. cõquerẽte. ẽm unã lectioné. de offi. ordi. Et qđ no.glo. in d.l.1.C. ut ne.inui. post oblatum uero libellũ & fortius post contestationé litis non licet recedere ab ea propria autoritate, immo cõpellit agere. d. ca. causam. Et in aut. qui semel. C.quo & qñ iu. nisi uelit renunciare liti & causæ in totũ, ut l. postq̃ liti.C.de pac. sed per gratiam & transactionem licitus est recessus, nisi sit famosa, quia tunc recedens sine autoritate iudicis notatur infamia. gl. in cap. 1. de collu.dete. & l. furti.§. pactus. ff. de infam. uel nisi sit talis causa, q̃ non dependeat a uoluntate litigantium. Itẽ alia causa spiritualis in qua non potest interuenire transactio stricte sũpta.d. ca.super eo.de transact. Item si ẽ causa popularis non licet transigere, nisi deferendo iuramẽtum ut l.cũ qs.§.in popularib. de iureiu. Et idem dic q̃. causa ẽ criminalis. sed ciuiliter intẽtaẽ. Si uero in casu secundo causa est criminalis dicatur ut hic.

b De calumnia receptum] Præstatur in hoc iuramẽtum, ut in c.inhærentes.eo.titu.& tunc uidetur calumniari falsum dicendo fraudem & dolum adhibendo. Et talia um habent mendacia.

c Talionis] Tu tamen dic secundum Ioannem Andream in rubrica. de accusationibus. quia

Aut adiurat eum in quem nullam habet potestatem, & sic assumit nomen Dei in uanum, quia usurpat potestatẽ in alium quam non habet quantum in se est, & peccat mortaliter.[a] si autem adiurans intendit inclinare illũ quem adiurat ad malũ culpæ, sic nomen Dei in uanum assumit.

2 Vtrum adiuratio dæmonum sit licita. Res. qui supra ibidem. aut adiurat impetrãdo, aut obsecrando. Primo modo, aut ut ipsum doceãt uel obsequium aliquod faciant, & sic illicitum est, quia pertinet ad quandam familiaritatem uel societatem, licitum tamen est aliquando, scilicet cum aliqui sancti uiri ex speciali instinctu spiritus sancti, uel reuelatione diuina utuntur ministerio dæmonum ad aliquos effectus.[b] Aut eos adiurat, ut a se & a proximis expellat, & hoc licet, quia sunt aduersarii nostri obstinati, & sic intelligitur illud Marci ultimo. In nomine meo dæmonia eiicient &c.[c] adiurare autem eos obsecrando semper illicitũ est, quia sic quoddam signum familiaritatis importat.

3 Vtrum adiuratio creaturarum irrationabilium liceat. Resp. Richar. ubi supra, quòd aut adiurantur secundum se & absolute. & qui sic eas adiurat nomen Dei assumit in uanum, quia non intelligunt adiurationem illã. Aut adiurantur in relatione ad alium. & hoc dupliciter, aut in relatione ad deum, ut cum aliqui sancti ad infidelium conuersionem & infirmorum in fide confirmationem inuocant nomen domini ad hoc, ut eius uirtute ipsæ creaturæ irrationabiles adiuratæ aliquo motu moueantur qui non est per earum uirtutem naturalem, & sic licet. Aut adiurantur in relatione ad diabolum ad hoc, ut diabolus ab eis repellatur ne eis utatur, ut instrumentum ad nocen. & sic adiurantur ab exorcistis ecclesiæ. & sic etiam licet.

4 Vtrum adiuratio illicita sit peccatum mortale. Resp. ut colligo ex uerbis præfati Richar. ubi supra q; sic ex se. quia sic est directe contra secundum preceptum. non assumes nomen dei in uanum. Exo. 20.

ADMINISTRATIO[d] legitima & libera est qñ quis potest iudicio agere & conueniri, & etiam extra iudicium de aliqua re disponere[e] facit. c. ex literis. de proba. & ibi Inno. allegat l. 2. in §. 2. C. de iur. calum.

1 Vtrum administrator teneatur de mala administratione satisfacere. Resp. secũdum Inno. in c. ex præsentiũ. de pign. q; sic. & ille cuius est administrator habet actionem negotiorum gestorum contra eum qui male administrauit. ff. de nego. gesto. l. 3. §. ulti. 12. q. 2. si qua de rebus. & c. si quis qualiber con ditione. Vnde aduerte quòd tenetur administrator secundũ glo in l. cum ostendimus. ff. de fideiuss. tu. de dolo ut ibi & lata culpa & l. curatoris. C. de neg. ges. & ẽt leui ut l. quicquid. C. arbi. tu. de dolo solum tenetur secundum glo. in l. 3. in §. interdũ. ff. de ne. gest. qñ mea affectione ductus solum administrauit & lata culpa quæ æquiparatur dolo, ut l. q; nerua. ff. depo. de leui uero tenet ut cõiter ut in d. l. quicquid. Aliqñ ẽt de leuissima ut qñ diligen-

nolens accusare tria hẽt in litis exordio necessaria uidelicet, libellũ offerre, se expresse ad pœnam talionis obligare, & fideiussorẽ de lite p̃sequenda dare, ut probatur expressè p tex. & ibi Bal. in l. qui crimen c. qui accusare non possunt.

a Peccat mortalit.] ut fecit Cayphas qui Matthæi. 26. Christum adiurauit dicens. adiuro te &c.

b Ad aliquos effectus] Vt fecit Sanct. Iaco. quando præcepit dæmoni ut duceret sibi Hermogenem.

c Dæmonia eiicient] Et Luc. 10. ecce, ait dominus dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & nihil uobis nocebunt.

d Administratio] Administrator est tutor curator sindicus iconomus &c. etiam dicitur ab administrando. Vnde & Angeli dicuntur administratorii. Hæb. 1. Et adde l. nam & nocere. ff. de pact.

e Disponere] Exequutor ultimę uoluntatis tenetur reddere rationem de administratis. tex. est in l. 1. §. officio. ff. de tute. & ra. di. Et idem est in omni administratione secundum Bar. & Iacob. de Are. in tantum q; consulit Rom. consi. 414. inci. quo ad primũ quo quæritur quòd maior natu q. post mortem patris administrauit bona fratris minoris tenetur ei reddere rationem de administratis & fortius filiusfami. qui uiuo patre administrauit tenetur post mortem patris reddere rationem fratribus de administratis. Ita singul. tenet Pan. consi. 12. incip. ut clare materia thematis liqueat sexto dubio. ubi ad hoc bene ponderat arguendo a speciali tex. in l. cũ oportet. §. non autẽ. C. de bon. quę li. secus tamen est in patre qui administrauit bona aduentitia. & contra tutorẽ non edentem rationes uel reddentem illas, seu restituẽtem iuratur in litem gloss. est sing. & no. in l. 1. in §. officio. ff. de tuto. & ra. distin. Et dicit ibi Barto. forte non reperies, sibi similem.

ligentissimus erat gesturus. l. si pupilli. § uideamus. ff. de neg. gest. aliquando de casu ut in casibus. 5. positis in l. si negotia ff. de neg. ge. glo. 3. Primus si accessit animo[a] depredandi. Secundus si noua negotia & insolita fecit.[b] Tertius si culpa præcessit. Quartus si fuit in mora.[c] Quintus si casum recepit.[d] No. etiam q administratus nõ solũ habet actioné cõtra administratoré, sed ét cõtra hæredes & intelligit Inn. ubi supra qñ dolo uel lata culpa aliquid gessit q hæredes tenentur. Si uero ex leui culpa non tenent hæredes nisi in casibus. 4. quorũ tres ponunt in l. 1. C. de hære. tu. Primus si lis fuerat inchoata contra tutoré. Secundus si aliquid ad eos peruenit de rebus administrati. Tertius si de bonis administrati aliis ex gratia[e] concessit, quia. ff. de fur. l. si pignore dicitur species lucri est ex alieno largiri, & beneficio sibi debitorem acquirere. Quartus ponitur in glo. d. l. cũ ostédimus. s. si non explicet inchoata per defunctum, quia tenet de leui ét. l. quicquid. C. arbi. tutel.

2 Vtrum scienter committens administrationem indigno teneat ipse de mala administratione. Respon. q sic secundum Inn. in c. ex ratione de æta. & quali. allegat. ff. ad municip. l. lucius. §. imperator. ff. de magi. conuen. l. 1. in prin. per totum,[f] & peccat mortaliter.

3 Quis dicatur habere administrationé in ecclesiasticis uide infra legatũ. 1. §. 16.

ADMONITIO an debeat fieri ante denuntiationé. Resp. q sic, est glo. in c. qualiter & quando. el. 2. de accus. & no. glo. in ca. licet hely. de symo. uide de hoc infra denũtiatio. in prin. & §. 2. & 10.

1 Vtrũ ante admonitiõem constituatur in mora qui est obligatus ad aliquid dandũ uel faciendum sine determinatione temporis uide infra mora. §. 1.

ADOPTIO est legitimus actus per quem qui filius non est pro filio habetur pænæ naturam imitans. insti. de adop. in glo. diuiditur auté ut habetur in l. 1. & 2. ff. de adop. quia[g] una dr arrogatio. q arrogat i. interrogat qs an uelit illum habere patré & pater istũ in filium. Alia stat in nomine[h] generali & supponit hic pro specie sic in hoc nomine[i] creditor. ff. si cer. pet. l. 1. & 2. §. mutui.

1 Vtrũ adoptio & arrogatio in omnibus conueniãt? Respon. quòd sic nisi in aliquibus specialib. que sunt 5. Primũ qa adoptio fit cuiusli

a Animo depredandi] Vt l. si pupilli. §. sed & si quis. ff. de neg. gest. Iste talis non habet actioné nisi inquãtum sit factus locupletior is pro quo gessit negotia. Sed quæritur quõ cognoscetur eũ habuisse animum depredandi. Hoc dicit Bar. in l. si pupilli. §. sed & si quis. q si aliquid celat uel supprimit tempore reddé de rationis p̃sumetur q talé animum habuerit a principio ar. i l. sed & iul. §. perinde. ff. ad mace. Et facit similiter. Nam q celat res hæreditatis perdit beneficium falcidiæ. l. paulus. & l. beneficiũ. ff. ad legem falcid. & l. sancimus. §. de illo. C. de iu. delib. Et si hoc est in gestore multo magis in tutore. & sic debet determinari. l. 3. §. sufficiat. ff. de contra. iud. tute. quia non requiritur q pupillus sit locupletior nisi quando tutor decesserit animo depredãdi.

b Et insolita fecit] Vt emendo seruos qui uno solo anno ser. uierunt. uel uasa uitrea. d. l. si negotia.

c In mora] l. cũ res. in fin. ff. de leg. 1.

d Casum recepit] ff. de nego. ge. l. siue. Et nota q in his omnibus non sufficit utiliter esse receptum nisi sequatur effectus ut ibi glo. Et ad hoc etiam. l. negotium. C. de nego. gest.

e Aliis ex gratia] Vel potest intelligi quando potuit quærere pupillo & aliis concessit. Idem de rectore qui ob negligentiam suam passus est rem ecclesiæ præscribi. quia tenetur de proprio patrimonio satisfacere. glo. est sing. in c. placuit. 16. q. 3. Quod sing. not. & refert Pan. in c. ex pręsentium. de pign.

f L. 1. in prin. per totum] Dum tex. dicit. Parui enim refert nominauerint uel fideiusserint an in so periculum receperint.

g Quia una dicitur arrogatio] Arrogare in alia significatione dicitur ascribere, unde arrogans. i. sibi omnia ascribés arrogantia. i. superbia.

h Alia stat in nomine generali] Scias pro intelligentia q adoptio sic in genere é actus legitimus per qué uel fit trãsitus in potestatem, uel saltem uis intestate successionis defertur, pena naturam imitans, & non dico naturali uinculo concurréte, ut dicebat Ang. Are. insti. e. in prin. cũ sit q etiã sine naturali uinculo fiat trãsitus in potestatem, ut est in arrogante. l. cũ in adoptiuis. C. eod. In specie aũt sic difiinit. Adoptio é actus legitimus p qué fit trãsitus ptã té de ptate cũ magratus autoritate naturali uinculo cõcurrente, quo non concurrente non fit trãsitus sed sola successio ab intestato, & not. q adoptio idé é q electio. q. enim optamus & eligimus. Vñ adoptio quasi electio. & ad signat distantiã, quia nõ adoptatur filius. Arrogatio auté est actus legitimus per qué homo sui iuris principis autoritate alterius potestatem ingreditur.

i Sic in hoc noie creditor] Credere dr quasi fidem habere, seu confidere. Vnde & quia in oibus contractibus unde habemus ei cũ quo ꝯhimus & de eo cõfidimus. iõ dicimur ei credere, & sic creditor nomé est generale. Ita declarat Bart. in d. l. 1. ff. si cer. pe.

bet magistratus competentis autoritate, dumtamen apud eum plena sit actio[a] scilicet merum[b] & mixtum imperium. C. de adoptio. l. prima. Arrogatio autem tantum[c] fit autoritate principis institu. eo. in principio. Secundum in arrogatione requiritur utriusque uerbum expressum in adoptione non. unde infans[d] non potest arrogari, sed adoptari sic. ff. de adoptio. l. 2. & l. in adoptionibus hic probatur. Tertio quòd arrogatio statim arrogatum & res suas & liberos qui erant in sua potestate subiicit[e] potestati arrogatoris. ff. de adopt. l. secunda. §. ulti. Adoptio uero non, nisi in casu quando scilicet datur auo materno, uel si post[f] emancipationem genuit filium & auo paterno dederit institu. de adoptio. §. si uero. arrogatur ergo qui est sui iuris, adoptatur uero existens in aliena potestate. Quartum quòd arrogator tenetur satisdare de restituendis illis bonis personis ad quas essent uentura si arrogatus permansisset[g] in statu suo. ff. de adoptio. l. nec[h] ei. §. fina. Quintum quòd si arrogator emācipauerit eum uel exhæredauerit sine causa tenetur ei relinquere quartam[i] partem suorum bonorum eorum, scilicet quæ habiturus fuisset ab intestato secundum glo. in l. si arrogator. ff. e. quæ quarta non est augmentata per authen. de tri. & se. secundum Bar. ibi insti. de adop. §. cum autem impubes. Adoptiuo uero nihil tenetur de necessitate relinquere. C. eo. l. 1. & 2. si tamen moriatur adoprator sine testamento succedit in bonis eius. l. pen. C. de adop. post medium: nisi sit legitimæ emancipatus.

2 Vtrum arrogatus in filium filii sui acquirat quartam partem bonorum sicut arrogatus simpliciter. Resp. Azo in sum. insti. de ado. q. si pater adoptat aliquem loco nepotis si filius consen-

a Apud eum plena sit actio.] gl. in d. l. 1. aliter exponit. di. plena legis actio. idest apud quem explicantur actus legitimi, scilicet adoptio emancipatio hæreditatis aditio. Vt de re iudi. l. actus. uel. i. apud eum qui habet contentiosam iurisdictionem, idest qui potest cognoscere & sententiam ferri in inuitum, & uoluntariam inter consentientes. ut præstare autoritatem manumittere uolentibus, uel adoptare uel apud quem est alteri tantum. ut ff. de offic. procō. l. 2. Et sunt etiam illi magistratus municipales. ut ff. eo. l. magistratum. & insti. eo. §. 1. in uer. magistratus, scilicet cuiuscunque ordinarii, etiam defensoris ciuitatis.

b Scilicet merum & mixtū] Idest liberum. & iurisdictio q. officio iudicis nobili expeditur, nil per accusationem publicam utilitatem respiciens principale. Mixtum autem dicitur quia partim capit a mero, & partim a iurisdictione, & istud respicit priuatam utilitatem, uide plenè per Bar. in l. imperium. ff. de iu. om. iu. l.

c Tantum fit autoritate principis.] Licet Ioan. Fa. in §. adop insti. eo. assignet diuersas rationes quare tantum fit autoritate principis, tamen uera ratio est. quam tenet Cy. & Ang. in l. 2. ff. eo. quia in adoptione adest bonum consilium patris naturalis de quo lex confidit. l. quidam cum filium ff. de hæred. inst. ideo contenta est sola autoritate magistratus. Secus in arrogato, quia est sui iuris, ideo requiritur tanta solennitas, & dico tanta, quia quæ possunt fieri per solum principem con[illegible] adeo difficilia, quòd quodammodo impossibilia dicuntur. An autem possit committi a Papa ut inferior principe arroget. uide Io. Fa. ubi supra.

d Vnde infans] Limita tamen hoc secundum gl. in l. 2. ff. de adopt. nisi coniuncti affirmauerint apud præsidem hoc infanti expedire. ar. d. l. 2. ff. de adop.

e Subiicit potestati arrogatoris] Et sic no. quod arrogatus mutat familiam. & sic capite minuitur. unde si fecisset testamentum rumperetur.

f Si post emancipationem] Vult dicere si ego sum a patre emancipatus & procreo filium quem do auo paterno, idest patri meo, ipse transit in potestatem adoptātis. Nam si non essem emancipatus, etiam si filius meus esset in potestate patris mei. Sed non transeunt bona hoc casu cum non habeat. Adoptio uero si fit extraneæ personæ nihil transit in adoptantem, sed solum defertur successio ab intestato ipsi adoptato. §. sed hodie institu. eo.

g Permansisset in statu suo] Intellige quando arrogator minor qui tenetur satisdare, patet quia illa satisdatio non durat, nisi usque ad pubertatē. Ergo quia satisdatio fit per arrogationem damnificentur uenientes ab intestato. Sed post pubertatem etiam arrogatus potuisset facere testamentum manendo sui iuris, & instituendo extraneos. Et intelligitur ista cautio etiam si testaretur.

h L. nec ei §. fi.] Pone casum si arrogans sit pauper & honesta persona, & arrogatus sit diues, permittitur enim fieri satisdatio de restituenda hæreditate arroganti uenientibus ab intestato, si impubes decedat. d. §. fi. cum l. se. Et si fuerit omissa satisdatio datur utilis actio in arrogatorē. eo. tit. ff. l. si his uerbis.

i Quartam partem suorum bonorum] Et statim arrogator restituet bona ipsi emancipato & post mortē tenetur relinquere quarta parte. Illud probat no. tex in § cum a[illegible] ulti. in uer. tunc quo ad primū. quod denotat extremitatem temporis. l. quarta. in fi.

tit mortuo suo patre hic arrogatus in potestatem filii cui arrogatus fuit trãsit, nec [a] agnoscitur auo suus hæres, si autem filius non consenserit mortuo patre non reincidit in potestatem, sed agnoscetur auo suus hæres uel tanquam nepos, licet in filium non adoptauerit uel tanquam cum quem uidetur suus animus uoluisse esse sibi hæredem. idem dic de adoptato in nepotem uel deinceps quod pōt fieri ut insti. de adop. §. licet excepto quod non tranſit in potestatem patris adoptantis. & quod dixi de masculis dic de fœminis.

3 Vtrum fiat adoptio si quis dicat coram multis accipio te in filium meum. Respond. Pan. in c. unico. de cogna. legal. quod non. l. non nudis. C. de proba. nisi seruetur forma de qua supra. s. quod fiat autoritate magistratus uel principis quod est de substantia adoptionis, [b] & uerum in arrogatione ut dictum est in principio.

4 Quis possit adoptari. Re. quod quilibet tam masculus q̃ fœmina. ff. de ado. l. nam & fratres, dummō sit pūs. l. neque absens ſit eo. nec per procuratorem [c] fieri pōt. l. post mortē. §. neq; ff. e. rōnē huius hab[e]s p Bar. in l. Gallus. §. forsitam. ff. de liber. & posthum.

5 Vtrū quis possit adoptare in fratrem uel sororē? Resp. quod nō ut hoc apud. C. de hæred. insti. & ibi Ang. ita quod nec et in patrem, quia contra naturam.

6 Quis aūt nō pōt adoptare? Rñ quod castrati [d] & dicunt castrati q sic nati sunt ut nū quam generare possint, sed spadones sic, & dicunt hi quibus abscissum est cum spata uel cultello. Item nec fœmine nisi ex rescripto principis in solatio filiorum amissorū. Item qui non præcedit per 18. annos eum quē uult adoptare uel arrogare. Hæc habentur. insti. de adop. Item qui non habet. 40. annos non potest arrogare [e] licet adoptare possit nisi iusta causa interueniēte. l. si pater § ult. ff. de ado. & iusta causa est morbus aut coniunctio personæ, alias debet intendere generationi. ut in d. §. ultimo. [f]

7 Vtrum impediat matrimoniū uide infra matrimonium. 3. & 8. impedimento.

ADORATIO quæ idem est quod ueneratio, utrum requirat actum corporalē. Respon. quòd sic. dicit enim Dama. 4. li. quod quia conditi sumus ex duplici substantia [g] scilicet intellectuali & sensibili, ita deo duplicem adorationem debemus scilicet in anima quæ consistit in interiori motu animæ, & & corporalem quæ consistit in exteriori motu corporis, & quia in omnibus actibus latrie, illud quod ē exterius refertur ad illud quod est interius sicut ad principalius, ideo exterior adoratio fit propter interiorem, ut. s. propter signa humilitatis q̃ corporaliter exhibemus excitetur affectus noster qui pcc

in si. ff. de condi. & demon. Et secundam in uersi. relinquere. quod proprie pertinet ad ultimas uoluntates. l. fi. §. 1. ff. de tabu. exhi.

a Nec agnoscitur] Facit tex. in l. si quis nepotem. ff. de adop. si autem non consentiat filius tamen agnoscitur. i. appropinquatur seu agnatus fit ei. i. auo hic nepos. & suus efficitur hæres etiam inuito filio, nec reincidit in potestatem eius, siue dicas eum succedere ut filium, licet non sit filius siue ut nepotē, qua si ex altero filio patre mortuo natū, quo casu æqualiter cum patruo admittitur. instit. de hæredi. quæ ab inte. defe. §. cum autem.

b Adoptionis] Cum igitur non possit esse adoptio, quia caret forma quæ dat esse rei & conseruat in esse cap. tua. de sponsa. cum si. non impediet etiam matrimonium.

c Nec per procuratorem] Ratio potest esse, quia arrogatus debet interrogari, uel quia tractatur de patrimonio alterius. Bar. [illegible] d. §. [illegible] de [illegible]. [illegible] absēs principe permittente potest arrogari, ut [illegible] per eum.

d Castrati] Nūquid presbyter possit adoptare. Host. i rub. de cog. le. sentit quod sic. Idem Pan. in c. unico. de cog. leg. & pro hoc vide gl. in §. sed & illud. insti. de adop. in uer. non possunt. uidetur tamē mihi hoc absonum, cùm tales debeant uacare diuino cultui ut in c. duo sunt genera. 12. q. 1. & in c. cui portio. debes. 16. q. 1. Item quia nō dicūt filiis thesaurizare. Itē quia posset fieri fraus hndo tales filios adoptiuos, ut filii sacerdotis naturales reputarent adoptiui. ar. c. fi. de coha. cleri. & mulie.

e Nō pōt arrogare] Arrogatio nō pōt fieri sine causæ cognitione, q̃ uersat circa multa posita ī l. si pr. §. ī arrogationib. & ī l. nec ei ff. de adop. Vñ et quod arrogatio non possit fieri p procuratorē. Sed [illegible]. ut l. neq. absēs. & l. post mortē. § fi. ff. de adoptio.

f Vt in d. §. ul.] Per illū tex. dicit Bald. ibi quod magis est attēdēdū gñationi filiorū q̃ īgressui religionis, vnde filius unicus regis peccaret ĩma eū si ingrederetur religionē. Sed hoc dictū est cōtra euāg. liū Mat. 19. si uis perfectus esse &c. & quia religiosus ē i statu pfectionis. ca. quūlibet 47. dist. Facit pulcher text. in authen. de monachis. in prin.

g Ex duplici substātia] Pro hoc. c. ī quadā. de celeb. mis. & ī c. inter cætera. de of. or. ex quo ī fert ibi Pa. quod unusquisque duplici indiget cibo. s. corporali quo ad corpus. & spūali quo ad animam.

Resp.

a Respon. quod non] Maxime illa quæ fit corde, cum quia deus est ubique, tum quia dicit Pau. 1. thi. 2. Volo uiros orare in omni loco leuātes puras manus.

b Vel tres] Quarto propter assecurationē Nam diabolus ubique molestat creaturam orātem maxime primę Pe. 5. Aduersarius uester diabolus &c. Sed in locis sacris constringitur eius potestas, tum pp consecrationē ecclesię. quæ terribilis est dæmonibus. tum pp cruces & reliquias sanctorū & hmōi.

c Hester. 13] Demon non est adorandus qa obstinatus est in peccato, similiter nec malus plaatus dum actu peccat.

d Dist. 9] Contor. Tho. 3. par. q. 25. ar. 1. & in 3. dis. 9.

e Adoratione eadem cū xpo scilicet latriæ] Tene quod hic dr. Et rō est qa eodem honore honoratur purpura cum rege: ut dicit Sco. &

dit per sensibilia ad intelligibilia. Vnde genuflexiones signant nostram infirmitatē respectu dei, & psternimus nos quasi nihil nos esse ex nobis profitentes.

4 Quid requiritur ut sit iustum. Respon. Panor. ubi supra quod in bello proprie oportet quòd subsit legitima & naturalis causa, puta quia contumaces & rebelles sunt imperio uel ecclesię. Ad de 2. ut non fiat animo uindicandi. sed puniendi delinquentes. In bello autem secundo modo dicto quinque requiruntur secundum glo. 23. quæst. 2. in summa scilicet persona ut non sit ecclesiasticus, cui nõ licet sanguinem effundere. 23. q. 8. clerici, nisi necessitate ineuitabili. possunt tamen secundum Tho. secunda secundæ. q. 40. inducere alios ad iustum bellum & eis assistere, ut pugnãtibus subueniant exhortationibus, absolutionibus, & aliis spũalib. Non tñ debent hortari ut interficiant uel mutilent, sed ut fidem ecclesiasticam, uel patriam [d] liberent. Et licet aliqui interficiantur, non tamen eis imputabitur & multo magis prælati hoc possunt, imo peccarent si non face-

d Vel patriam liberent] Quid si Imperator nunc mouit bellum contra Papam. nunquid dicitur iustum. Et Ioannes Andr. Et Hostien. in capitulo olim. el primo de restitutio. spoliatio. puta quia imperator est iniquus & peccator. Et monitus se non corrigit sed peiora committit. tandem excommunicatur per Papam, & oĩa contemnit, mouens tandem bellum, & indicens propter hoc contra ecclesiam dicetne iustum bellum ex parte istius cum ab imperatore sit inductum. Dicunt ꝙ non. Imperator. n. ex officio est aduocatus ecclesiæ, unde nõ debet eam impugnare, sed potius a malorum impugnationibus liberare. de na. ex li. uen. ca. uno Ad de bonum tex. in cle. Romani. de iureiu. Quinimo tanta pertinacia ſm eos uix carere põt labe hæreticæ prauitatis, ad hoc quod not. in c. excommunicamus. de hęreti. Et in tãta iniquitate etiam si Papa esset inferior fieret superior propter peccatum ipsius argumen. 40. di. multi. in fi. tñ certum est quòd Papa est superior, unde ipsum electum examinat approbat, improbat de electione. capitul. uenerabilem. & circa hoc uide quod plene dicit Pan. in cap. nouit. de iudi. & finaliter concludunt tale bellum esse iniustum. Et in hoc casu contra iniquum principem tenentur omnes fideles

& ca-

& catholici ecclesiæ adhærere. Quos etiam si uasalli ipsius sunt ex hac causa potest Papa absoluere ab obseruantia præstiti iuramenti, super fidelitate. 15.q.6. nos sanctorū. c. iuratos. cū si. Et amplius dicit Pa. in d.c. sicut. de iureiur. ꝙ Papa pōt ex causa ardua priuare imperatorē & alios reges. & ꝯ eos indicere bellū publicū. d.c. uenerabilem. & d.ca. nouit. & capit. alius. 15. q. 6. & d. c. ꝓ humani. no. doc. in c. ex gestis d̄ cle. nō resi. facit. c. ad apostolicę. de re iud. in 6. Et hodie optime facit quod habet in extrauag. Bonifacii. quæ incipit. Vnam sanctā. Potest. n. Papa ex causa ardua iurisdictionem ī tēpalibus quā a deo suscepit in habitu, deducere ad actū ꝯ quoscunque. ut plene not. Pa. ī d.c. nouit &c. Et bene uerum est ꝙ ex legitima causa posset imperator īdicere bellum ꝯ personam Papæ, nō contra ecclesiam. ut si Papa esset hæreticus & non posset iudicari per ecclesiam, uel scismaticus uel alias incorrigibilis, & ecclesia non habet q̄d faciat. de quo se remittit Pa. in d. c. sicut. ad ea q̄ habentur in c. principis. & in cap. regum. 24. q. 5. & in ca. in noīe dñi. 23. di. & ī c. nec licuit 17. di. Et ad hoc nota. in c. cū non ab hoīe. de iudi. & in c. non nos. & in c. de liguribus. 23. q. 5. Et uide gl. in c. tua. de deci. Et dicit Pan. ꝙ pn̄t dicere pugnate & capite, sed caueant ne dicant occidite. ut nota. in ca. significasti. 2. de homici. cum si. & uide eundem in ca. in dubiis. de pœnis.

rent. 23. quæst. 5. de occidendis. de homi. postulasti. & c. tua nos. 23. q. 3. Maximianus. 23. quæstio. 1. in summa & cap. militare. de cleri. percu ca. 3. de restitutio. spolia. cap. olim. el primo Innoc. tamen in cap. quod in dubiis. de pœnis. limitat prædictam exhortationem non posse fieri quando sunt in percussionibus. sed ante sic. & mihi placet. & est securius. Secundo causa legitima ut pro defensione sua uel suorum aut paternarum legum. 23. quæst. 8. si nulla. Tertio res. scilicet pro reparatione rerum & huiusmodi. dicto capitul. olim. Quarto animus [a] ut nō ex odio sed ut habeat debitum & huiusmodi. 23. quæstio. 1. quid culpatur. & capi. milit. Quinto autoritas superioris. d. cap. quid culpatur & l. unica. C. armorum usus in suo princip. lib. 11. Potest ēt fieri autoritate episcopi. secundum Hostien. in summa, præcipue quando pugnatur pro fide uel contra eum qui pro peccato mortali excommunicatus non uult parere.

5 Vtrum si aliquod prædictorum defuerit teneatur ad restitutionem tā damnorum datorum quam etiam raptorum bonorum. Resp. Mo. eo. tit. ꝙ sic si deficit secundū uel tertium. Si tamen res subsit ꝙ scilicet pro rebus repetendis factū sit, nō tenetur qui mouit bellum [b] restituere quod ibi cæpi dūmō non excedat qđ habere debebat. Et hoc uerū in foro pœnitentiali, ubi habet locū liquidi ad non liquidū compensatio. Sicut si quis confiteatur per furtum accepisse. 10. non cogetur restituere si debet habere alia 10. ab eodem. Si uero damnificauit plus aduersarium, nō credo excusatum nisi concurrat simul autoritas, nisi in casu q̄n uim ui repellere licet, sed tenetur cōpensare dāna data cū eo quod debet habere & si plus haberet restituat. c. q habetis. [c] & in c. sc. 14. q. 5. & in d. l. hostes. ff. de captiuis. & fm quod dico in §. seq.

6 Vtrum istis inferioribus a principe liceat facere bellū. R. Pa. in d. ca. sicut ꝙ aut is q facit bellum habet iurisdictionē super his quib. guerram facit. & illi sunt contumaces & rebelles, & sic potest statuere & concedere ꝙ liceat unicuique res eorum inuadere, & suas facere, & liberos homines rebelles capere & detinere quousque domino repræsentare [d] potuerint. ca. a nobis el primo de senten. excommunicatio. Si autem nullam iurisdictionem super eos habent non possunt sine autoritate principis. nisi essent inuasi. quia tunc potest se & sua defendere cum moderamine inculpate tutelæ, & hominem percutere & etiam occidere. ut latius dicam infra defensio. Non potest tamen

a Quarto animus] Th. 2.2.q.40.ar.1. ponit tm̄ tria requiri, s. autoritas iusta cā, & recta intentio, sed ad iustam cām pn̄t cætera referri.

b Non tenetur qui mouit bellum] Tn̄ si per uiam iuris poterat repetere, sed per istam uiā uoluit peccauit. Vnde pœnitere debet. de hoc per s̄. eod. tit. §. 3.

c C. q habetis] infra restitutio. in uer. turpe lucrum &c.

d Repræsentare poterint] Et illi potius dicuntur obsides quam captiui. Et secundum hoc etiam potest intelligi. ff. de leg. tertio l. 1. primo respō. & §. 1. ubi dubius de statu suo non potest testari facit. l. de statu. ff. de test. Secus si esset captus a latronibus & hoc sciret quia posset testari. l. qui a latronib. ff. d̄ test. Sed ēt sine aliqua cōstitutione pōt tales rebelles, si terram suam īuaserint & dānum dederint punire. C. ubi de cri. agi oportet. autt. qua in prouincia. Et id patet per quod legitur & not. in capitulo 1. de rapto. secundum Hostien. & Panor. in dict. capit. sicut el. 3.

aduersarium capere & nec inuadendo res aduersarii suas facere. [a] Quod intellige nisi in recompensationem damnorum suorum & in satisfactionem expensarum, laborum operum etiã ipsum adiuuantium. distin. 1. ius gentium. 23. quæstio. 7. si de rebus, uel nisi in territorio suo eos delinquentes inueniret. Item quando talis superiorem non habet coram quo sua repetere possit, res suas propria autoritate repetere posset & recuperare. l. iudæi [b]. & l. nullius. C. de iudæis.

7 Vtrum subditi teneantur ire ad bellum iustum domino mandante. R. Pan. in d. c. sicut. el 3. quòd subditorum quidam [c] sunt uasalli proprie, ut sunt qui tenent feudum ab eo. Quidam uasalli improprie, ut sunt subditi ratione originis uel domicilii nihil tamen ab eo detinent, & tales proprie non sunt uasalli licet ibi habeant possessiones nec tenentur domino præstare fidelitatem. Quidam sunt milites ueri, ut qui iurant [d] quæ ponit glossa in l. penultim. ff. ex quibus cau. ma. quæ sunt infra Milites. Quidam non ueri milites, sed tantum respectu honoris qui ista non promittunt, sed uiuunt ut alii ciues, ut per Cyn. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. istis præmissis distinguo. aut dominus uult alios pro libito uoluntatis inuadere non fauore reipublicæ, & non tenentur eum sequi etiam uasalli proprie. ar. c. de forma. 22. quæstio. 5. nisi aliud habeat consuetudo, uel pactum. Aut dominus inuaditur, & tunc si timor est subitaneus & impro uisus omnes apti ad pugnã seu custodiam teneñtur fauore reipublicæ. Nam clerici hoc casu tenentur ad custodiam. c. peruenit, & quod ibi notatur, de immunita. eccle. Facit. c. omni timore. 33. q. 8. Aut non est talis timor. & tunc uasalli proprie dicti tenentur. per d. cap. de forma. & milites ueri. per d. l. penulti. Alii uero non sunt cõpellendi dummodo dominus sufficiat de per se ex redditibus quos habet loco. Nam propter hoc honorant dominum in redditibus, gabellis & huiusmodi ut necessitatis tẽpore eos defendat. argumen. 23. quæstione. 5. principes, & c. regum. Si uero non sufficit per se tunc tenentur omnes pro salute domini, ut patet ex c. si nulla & d. ca. omni timore. 23. quæst. 8.

8 Vtrum subditi sequentes dominum in iniusto bello excusentur. R. Pan. in d. c. sicut, quod Innoc. dicit quòd non si scienter hoc faciunt, nec excusantur ex timore amittendi feudum, uel alia bona. 32. q. 5. ita ne. Si uero dubitant & inquisierunt quãtum potuerunt peritiores, & semper dubii remanserũt excusantur propter bonum obedientiæ. cap. quid culpatur. 23. quæstione. 1. aliter [e] non. argum. cap. cum inhibitio. de clande. desponsa. non tamen excusantur amici & cognati & alii q. [f] uoluntarie adiuuant talem in dubio, immo si erat iniustum de omni damno dato tenentur ad restitutionem.

9 Vtrum subditus qui in dubio bellando multa acquisiuit, teneatur ea restituere, cognito quod bellum erat iniu

a Suas facere] Isti tamen inuasori, si ĩ ipsa ĩuasione expolietur uel uerberetẽ actio ui bo. rap. & etiã iniuriarum. de negatur, quia exceptio paris criminis extat ei. ca. intelleximus, de adul. sed bene potest res quibus spoliatus est uendicare, cũ remaneat dominus. ff. de rei uendi. l. in rem actio. secundum Inno. quod not.

b L. iudæi] Illa l. iudæi nec prima nec secunda aliquid facit, similiter nec. l. nullus, nisi in argumentum ut patet inspicienti concordat supplementum isto titu. §. 2. in fi. Et allegat not. in c. ius gentium. 1. dist. Tu uide no. in l. ut uim ff. de iust. & iur. Et in l. 1. & in l. si quis in tãtã. C. unde ui. Et in cap. olim el. 1. & ibi Innoc. de resti. spolia. Et in c. significasti. 2. de homi. Et Pan. hoc dicit ex mente Inno. in d. c. sicut. Allegat ẽt l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudi creditor. & ibi Bar. not.

c Quidam sunt uasalli] Hanc distinct. sentit Bar. licet ĩ alia materia in l. 1. ff. de iudic. Et melius in l. 1. §. & post operis. in fine. ff. de no. oper. nunc. Et uide quod nota. Innocen. capitulo nimis. de iu eiurand. Vbi dicit quòd non, eo ipso quod quis habet possessionem in aliqua prouincia tenetur dño ad fidelitatẽ pstãdã quia res nõ præsumuntur feudales nisi probentur. Et uide Pan. ibidem latius de hoc.

d Iurant] Et maxime quod nõ effugiẽt mortẽ pro republica.

e Aliter non] Et c. quid ergo 11. q. 3. Et intellige de his qui tenenẽ ire aliás non, quia licet oẽs sint excusati iniusto bello si tamen est iniustum nullus nisi in dubio ut sunt uasalli. Facit quod no. Innoc. in c. si uero. de sen. excõ. ar. in ca. iuuenis. de spõ.

f Qui uoluntarie] Rõ quia ibi nõ est obedientia, nec in dubio debent se cõmittere discrimini ut iuuent aliquem ĩ preiudicium alterius. 14. q. 5. denique nec est simile de aduocato quem excusat bonafides quãdiu credit iustam esse causam quam fouet licet in ueritate sit ĩ iusta, quia ibi iudex ẽ superior q. causam examinat, & de allegatis iudicat. In bello uero uiribus corporali

ralibus negocium uincitur & non per rationē iudicat.

a Et credo ꝙ etiam consumpta] Quidam dicebat esse æquius non teneri de cōsumptis in dubio, quando nō potuit certificari. Sed opinio hic posita est securior ex quo nūquā fuit in bona fide, non.n. debebat consumere donec esset certificatus. argumentum.c. fi.de præscrip. Si uero habuisset bonam fidē non teneretur de consumptis sed si solum factus esset locupletior. C. de rei uendicat. l. certum.

b De re iudicata.c.1] Facit.n. hic modo in argumētum, quia si datur sententia contra leges seu canones, licet non interponeretur appellatio non nocet, quia omnino sententia est nulla. Sic a simili licet isti debet auxiliū. Si tamen illud damnum erat futurum etiam sine auxilio rationabiliter teneri nō debēt. Ad idem.d. ca. tuam. Nam pces amicorum, non inducunt symoniam, ex eo quia ille ꝓmotus est in abbatem, quia omnino erat ꝓmouendus ꝑꝑ honestatem.

c Ab aduersa-

stum. ℞. ꝙ sic omnia quæ habet, & credo [a] ꝙ etiam consumpta, quia nunquam habuit bonam fidem, ex quo semper dubius permansit. Et de hoc uide infra præscriptio.§. 4. & secundum illam distinctionem dic.

10 Vtrum omnes existentes in bello iniusto teneantur in solidum.℞.secundum Mona. ti.re. id est quod sic de omni damno quod suo auxilio, consilio, fauore datum est, quod aliter datum non fuisset. argumen. 17. quæstio.4. omnes.& 2.quæst. 1. notum. in fine, si uero probabiliter credit ꝙ propter suum auxilium, consilium, uel fauorē non plus fecerint q̃ alias facturi erant non tenetur nisi de his quæ ipse habuit, uel damnum dedit, uel aliquis de familia sua directę & occasionaliter.argu.de senten. & re.[b] iudi.c.1.de ęta.& qua. or.c.tuam. & de hoc uide ēt infra Furtum.§.16.

11 Sed quæritur quid tenetur restituere faciens bellum iniustum.℞ Mo.ubi supra quod tenetur de omnibus damnis, quæ ipse uel sui intulerunt aduersario uel eius hominibus.tenetur etiam propriis hominibus de damnis datis ab [c] aduersariis.

12 Vtrum habens iustum bellum teneatur in aliquo de damno aduersarii. ℞. Mo. ubi supra quod non tenetur de illis damnis quæ bona fide intulit a quibus commode abstinere non poterat secundum consuetudinem pugne. Si qua tamen animo ꝑcrassandi & malitiose intulit cum alias posset abstinere & sibi consulere, tunc tenetur compensare cum damno sibi dato & si excedunt tenetur eius satisfacere. [d]

13 Vtrum habens iustum bellum [e] teneatur de damno dato subditis aduersarii. ℞. qui supra quod non, immo licite bona capit, non solum aduersarii, sed etiam fautorum & subditorum suorum donec sibi sit satisfactum, subditi tamē aduersarii qui deum timentes nolunt domino suo in bello illicito impendere auxilium uel consilium nullatenus sunt spoliandi ne pęna excedat auctores. argumen. de his quæ fiunt a maiori parte capituli.quæsiuit.& 1. quæstio.4.c. 1. immo secundum Ricard. in 4. distinct. 15.qui scienter talibus innocentibus inferunt damnum tenentur ad restitutionem. Verum credo nisi dominus eorum directe uel indirecte ex personis uel rebus eorum iuuaretur. Multomagis tenetur ad restitutionem qui damnificat non subditos aduersarii innocētes scienter, ut sunt [f] ecclesiastici & huiusmodi. Secus autem esset si a casu damnificaret, hoc non intendens nec obligatus intendere, ut puta quia bellans contra aduersarium non ualens eum impugnare incendit ciuitatem, & sic comburuntur ecclesiæ & bona ipsius & aliorum innocentum, nam tūc non tenentur & sic patet q̃d ecclesię incastellate possunt incendi, & bona ibi reposita ex quibus sustentabantur contra hostes in iiusto bello possunt capi, non incastellate uero a proposito nec res ecclesiæ sunt auferendæ & contrarium facientes tenentur ad restitutionem.

14 Vtrum domini quæ habuerunt bellum adinuicem pos-

riis. Si ipsi proprii homines uiderūt ipsum bona fide, aut si inducti fuerunt eius consilio timore uel coactione, uel de se non erāt facturi. Secus si mala fide iuuerunt, quia tūc nullam habent actionem mandati, uel aliam contra mandantem, seu uocantem quia in re turpi nulla contrahitur obligatio. institu. mandati. §. illud quoque. & ff. mandati. l. si remunerandi. §. Rei turpis. cum similibus. Vnde exequentes tale mandatum licet coacti uel alias iduēti nullam habent actionem. Hæc sup. eod. tit. § 9. circa finem.

d Satisfacere] Adde sup. eod. tit.§.9.&c.

e Bellum] Adde sup. Bellum 3. in princip. § §.1.

f Vt sunt ecclesiastici, & huiusmodi] Vt clerici religiosi peregrini mercatores, rustici euntes & redeuntes, & in agricultura existentes & animalia quibus arant & semina portāt. de treu.& pa. innouamus. 24. q. 3. si quis romipetas.

sunt cōponere simul de damnis. R. Mona. ti. resti. ꝙ ille ꝗ habuit iniustū bellū nō pōt cōponere in ꝑiudiciū hominū suorū quin ipse teneat eis de dānis ꝗ passi sunt nisi & ipsi fuerint in culpa. Hoc uerum in foro conscientię si ad talē culpā nō uenerūt, ex eius persuasione alias nō facturi. Ille aūt qui hēt iustū bellū, debet procurare ꝓ uiribus ut satisfiat suis hoībus. Et si nō pōt & ipsi hoīes ꝯdicunt cōpositioni ſm Mona. nō potest de dānis ꝗ passi sunt incendiis & rapinis [a] cōponere, facit in ar. l. 1. & l. transactionis placitū. & l. ꝑses. C. de trāsac. c. fi. de maio. & obed. Sed ego credo [b] qđ in oībus pōt. ar. eorū ꝗ notant̄ in l. fi. C. si ꝯ ius uel uti. pu. & in c. ꝗ in ecclesiarū de consti. ubi patet ꝙ ex rationabili causa pōt princeps tollere rem unius & dare alteri, & nō pōt esse maior rō ꝗ̄ fauor publicus carere bello. Et similiter poterūt ꝗ hn̄t iura imperialia. Vñ Host. tenet ꝙ qñ duo milites habuerūt iniustū bellū inuicē pace īter eos facta & dāna remissa qđ hęc remissio extēdit̄ ad oēs utriusque partis, licet nō cōsentiāt qñ pax aliter haberi nō posset. alleg. l. [c] cōuētionū. ff. de pac. cōcordat Pan. in c. in nr̄a, de iniuriis. Aduerte hic ſm eundē Pa. ubi s̄. qđ nomine damni ꝓprie & stricte uenit diminutio patrimonii ꝑ alium facta. l. 3. ff. de dā. infe. Et ideo non ueniunt expense facte ꝓpria uoluntate, ēt coacta nomine dāni. Quod not. ꝓ statutis & similibus odiosis.

Itē limita ꝙ prædicta remissio non ualet quo ad damna data ecclesiis & ecclesiasticis personis, nisi prælati ipsarum consentiant.

15 Vtrū dn̄s teneat̄ mandatario de damnis quæ [d] in bello est passus. R. ſm Panor. in d. cap. sicut, quod sic, nisi causa pietatis humanitatis uel parentelę bellum [e] fecerit, uel nisi ex debito teneret̄, uel nisi aliquid recipere conuenerit pro mercede, & uide de hoc infra. Mandatum. §. 5. & hoc intellige de dānis ꝗ ueri simil̄r potuit mādās ꝓuidere.

16 Vtrū occupata ꝑ principes chr̄ianos qhodie inter se bella gerētes propria temeritate quod vnus quiete possedit ab antiquo, alius uiolenter de nouo accipit sint restituēda. R. d. Anto. in c. quod sup his de uoto ſm Hostiē. quod non uidet quomodo iuste teneant nec qualiter confessores eorū peccata ꝗ̄ꝗ̄ notoria palpitēt, nec qualiter ab eis dē eleemosynas aut possessiones accipiant, aut eos absoluant. Vñ caueāt ne cateruatim ad inferos uadant & alios secū trahant, nec credit ꝙ in Italia ꝑscribi talia possint. c. fi. de præscrip. Et ideo restituere tenentur. [f]

17 Vtrum clericus in bello iusto cum domino suo uadēs qui lucratur aliqua de bonis aduersariorum teneatur ea restituere. R. Mona. tit. restit. quod si ea rapuit, peccant capiendo, & restituere tenetur eis [g] a quibus abstulit, quia illam rem capiendo non potuit facere suam, quia sicut dn̄s nō potuit ei dare autoritatē bellādi, sic nec rapiēdi. Posset tn̄ retinere [h] si guerra durante dominus ut illā teneat consensit. Si uero non ipse rapuit, sed sibi ab his quibus licuit rapere data fuit, tūc nō restituere tenet̄. Quod uerum credo quando ex cōsuetudine quilibet qđ rapuit sibi retinet, alias secus, quia de iure quælibet tenetur capitaneo assignare ut illa distribuat, ut l. si quid bello, & ibi

a Et rapinis cō ponere] Secus de expensis secundū aliquos quia consueuerūt domini autoritate propria componere uel pertransire. Intelligitur etiam super dānis, ut infra, & ratio est quia bonum publicum præualet priuato, ideo ut bonum pacis & concordie habeat̄ non uideo quinetiā ipsis subditis contradicentibus, non possit componi. Idē Rose. hic. §. 21. & quid solet dici, ꝙ quis non tenetur actione negociorum gestorum post prohibitus. Intelligo de personis priuatis. Et sic limita. l. fi. C. de negoc. gest. Secus in personis publicis. ut in c. bone. el. 1. de postu. præla.

b Sed ego credo] Quidam asserebat contrariam partem esse communiorem & tutiorē & equiorē. Sed non respondet rationibus hic positis & maxime cum aliter pax haberi non potest, & hoc uergat in damnum subditorum. Credo tamen illum ꝑ quem stat ne pax habeatur, nisi sibi remittantur damna quæ intulit, nō esse tutum in conscientia. Et pro isto. §. facit sup. bellū. 1. §. antepe.

c L. conuentionum. ff. de pac.] Vbi dicitur qđ publica conuētio est quæ fit per pacem quotiens duces belli inter se aliqua paciscunt̄. Et uide infra restitutio ultimo. §. 4. & quæ ibi notaui in apostilla.

d Quæ in bello] s. iusto. qa in iniusto secus ut patet, supra. §. 11. in apostilla.

e Bellum fecerit] Ar. lege ne sennius. ff. de nego. gestis, & 23. quæstione. 3. non inferenda.

f Tenentur] Cū sint in mala fide. d. Ant. in responsione ad quintum dicit ꝙ nō uulę prosequi hunc articulum, qa est notoriū sed secundum Innocē. isti tales saluari nō possunt.

g A quibus abstulit] Si scit alias pauperibus secundum Ver.

h Si guerra

durante dominus, scilicet rei raptæ uel belli.§.capitaneus.

a Cõtrarium] Adde sup. bellum.2.§.1.

b Prædicta gl.] Adde sup. bellum.1.§. ulti. Et uide supra Thom.2.2.q.4.

c Glo.in c.cupientes] Quæ dicit ꝙ potest reus subterfugere ponendo ueras exceptiones uide quæ scripsi supra ars,in §.1.

d No. Innoc.] Vide ibi late p ipsum quando mutua delicta compẽsatione tolluntur in foro iudiciali, & quando detur actio contra rapientem bona debitoris qui nolebat ei soluere debitum.

e Ecce dico] Gl.ĩ d.c.Si ego dicit,ꝙ sacerd. celebrans p̃sente episcopo debet innuere ei an uelit benedicere ꝙ si non uult tunc sacerdos benedicat,immo fortius ꝙ eoipso ꝙ permittit sacerdotem celebrare coram se omnia quæ sine missa esse non possunt cõcessit, argu.ca. præterea,de offi. delega.& in missa datur benedictio.c. missas, de consec. di.1.igitur &c. Prædicta intelligas quando sacerdos celebrat coram ꝓprio episcopo secus coram a-

Bar. ff. de cap. ergo sine eius autoritate tenere non poterit. facit.c.dicat. 23. q.5. nisi ut dixi cõsuetudo sit in ꝯriũ.[a]

18 Vtrum liceat omni tempore bellare ℞. ꝙ in bello iusto non licet bellare in quadragesima, nec in diebus festiuis, nisi necessitas urgeat ineuitabilis.tex.est cum glo. in c.si nulla.23.q.8.Item nec tempore treuge.c.1. de treu. & pace. Quod intellige in pugnatore, non in defensore,ut notat prædicta [b] glo.

19 Vtrum in bello iusto liceat uti deceptione dolo,uel insidiis ad uincendum inimicos.℞. ꝙ sic dummodo mendacium non dicant uel fidẽ promissam non frangant,facit.ca.utilem simulationem. 22.quæst.2.23.quæst.2.c.donus.& q.7.in summa.13.q.5. dixit.uide gl.in c. cupientes[c] ĩ uer.malignãriũ.de ele.li.6.

20 Vtrũ locans arma equos huiusmodi eunti ad bellum repetat si amittantur in bello.℞.Innoc.in ca. sicut el. 3. de iureiuran.quod non quia sic ea cõduxit. ff. loca.l.item quæritur.§. si quis seruum facit.l.uideamus.§.fin.ff.eod.

21 Vtrum commodans possit similiter repetere.℞ Inno. ubi supra ꝙ non quia nõ excessit fines contractus. ff. cõmo.l.si ut certo.§.sed ĩterdũ.

22 Vtrum tenente aliquo rẽ meam liceat mihi uiolenter auferre.℞.Panor. in d.c.sicut aut incontinenti recuperare uult.& licet quia uim ui repellere licet de quo infra.Defensio. Aut non statim,& sic debet per iudicem eam recuperare si potest. quod si non potest. sic in defectum iudicis potest dominus rem suam etiam uiolenter si aliter non potest facere recuperare.arg.l.nullus.C.de iudæis. in gl. & l.ait prætor.ff. de his quæ in frau.cre.§.si debitorem no.[d] Innocen. in c. olim.el.1.de restitut. spol.& Alexan.Ric.& Sco.in 4.dist. 15.quòd si aliter non possum rem meam habere,licet furto eam tollere. de quo dic. ut infra.Furtum. §.40. Non tamen licet per mendaciũ, quia non licet mentiri pro alterius uita 22.q.2.ne qs,& sic limita gloss. in c. cupientes.de elect.lib.6.

BENEDICTIO Super populum quædam solennis quæ fit cum illa solennitate. Adiutorium nostrum &c. & hanc solum episcopi possunt facere in tota sua diocæsi, & archiepiscopi in tota prouincia cum uisitãt, & legati in terminis suæ legationis, & abbates quib: ministrare. de consec. dis. 1. cũ ad celebrãdas.de exces. p̃la.accedentib.de priuil. abbates lib.6. Alia simplex.Et hæc fit a sacerdotib.in missa absente episcopo, aut de mandato eius cum præsens est.21.distin.denique.95. dist.ecce[e] ego dico.

1 Vtrũ bñdictio calicis paramẽtorũ & huiusmodi pro missis celebrãdis possit fieri a sacerdote ℞. doct.in cle.attẽdẽtes, de sta.rege tenẽt ꝙ nõ, qꝛ sunt potius ordinis ẽpalis, & hoc idẽ in d.ca.abbates. Sed iudicio meo nullo iure eorũ dictũ probaꝰ.Et credo ꝙ immo possint bñdicere paramenta tali ratione motus, præsbyter potest oĩa facere quæ sũt ordinis,nisi sint ordinis ẽpalis,uel spẽaliter ei interdicta.c.q̃uis.68.dis.& d.c.ecce.& 93.di.legimus,sed bñdictio paramẽtorũ cũ nõ sit ordinis ẽpalis,patet qꝛ cõperit abbatib.ex cõsuetudine ut tenẽt doc.in d.c.abbates.&d.cle.attẽdẽtes.qđ fieri nõ posset si eẽt ordinis ẽpalis.ar.coꝶ q̃ no.in c.pe. de cõsu. eccl.uel alta.nec est ẽt eis ꝓhibitũ.patet qꝛ ĩ d.c.q̃uis, ꝓhibet cõsecratio sacerdotũ diaconorũ & subdiaconorũ, consecratio uirginum,cõsecratio ecclesiæ uel altaris, chrisma conficere chrismate frontes baptisatorum

lieno . per tex. ĩ d.c. ecce ego. in prin. nunqd episcopo uolẽti legere lectionem & dicenti Iube domne benedicere debeat sacerdos secũdũ morem solitum benedicere, gl.in ca.denique. 21. dist. in uer. benedicere respondet ꝙ debet dici. Ora pro nobis pater sancte.& Asten. lib.4.ti. 14. subdit in hoc ut misereatur nostri deus noster, uel fm glo.ubi supra. Inferior dicit iube domne benedicere , & episcopus benedicet,& postea leget.

satorũ signare, publicæ pænitentem reconciliari, & in c. ministrare. 26. q. 6. additur ꝙ non benedicat publicę plebem in ecclesia. Quod intellige ut dixi supra & in c. consulto. de consecr. dist. 1. ꝙ nec corporalia debet consecrare. ergo uestimenta potest, quia in c. uestimenta & in c. uasa. de conse. dist. 1. nihil, dicitur de episcopo, quare credo omnia quæ pertinent ad celebrationem missarũ quæ non fiunt cum sacra unctione, ut est calix & patena, & non sunt eis specialiter inhibita, sicut sunt corporalia q̃ ab episcopo debent esse benedicta, ut in d. c. consulto, & alia huiusmodi possunt benedicere. ar. d. c. quãuis. & c. ecce. nisi episcopus esset præsens, quia non liceret. ar. c. denique. 21. distin.

2 Vtrum abbates possint similiter benedicere. Gemi. in d. c. abbates tenet ꝙ sic omnia in quibus fit uerbalis solum benedictio, & quando faciunt ad opus suarum ecclesiarum, alias non. Sed ego dubito de benedictione corporalium quæ licet sit uerbalis, solum tamẽ uidetur episcopis reseruata. d. c. consulto, nisi dicamus derogatum per contrariam consuetudinem cum sit potius episcopis reseruata ratione dignitatis quàm ordinis, & ideo abbates possunt ex consuetudine. argu. d. c. accedentib. Idem dic de benedictione calicis de quo infra calix §. 1.

3 Vtrum uestis debeat iterũ benedici quando repetiatur. ℞. quòd nõ, nisi quando fit talis repetiatio quòd sine ipsa cum dicta ueste non posset celebrari, puta totius manicæ & huiusmodi quia cum amittat formam debet iterum benedici ar. eorum quæ no. in c. 1. de cõse. eccl. uel alta. Secus dico si de stola fiat manipulus, uel de manipulo stola, qa nõ ur alia forma, nisi ꝙ unũ est breuius altero, q̃ quidẽ breuitas non mutat formam.

4 Vtrũ sponsa quæ nõ est uirgo debeat bñdici. ℞. ꝙ nõ.[a] 32. di. seriatim, immo benedicẽs secundas nuptias ab officio & beneficio suspensus debet mitti ad Papam. cap. 1. de secun. nup.

5 Vtrum diaconus possit benedicere mensam. ℞. ꝙ non præsente præsby. nisi esset diaconus cardinalis, sed absente præsby. potest secundum no. in c. legimus. 93. distinc.

6 Vtrum recipere pecuniam pro benedictione nubentium sit simonia.[b] ℞. ꝙ sic. tex. est in c. cum in ecclesiæ. de simo.

7 Vtrum mulier possit benedicere. ℞. ꝙ non nisi ut potest quilibet bonus christianus. c. noua. de pe. & remiss. quia quæ sunt ordinis non cadunt in mulierem d. c. noua.[c]

8 Vtrum benedictio mensæ & aquæ sit certi ordinis. ℞. ſm Inn. in c. 1. de exces. prælat. lib. 6. ꝙ benedictio aquæ sic, & ideo esset irregularis excõicatus uel suspensus ipsam bñdicẽdo, secus de bñdictiõe mẽsę q̃ nõ est ordinis.

9 Vtrum libri ecclesiastici sint benedicendi. ℞. secundum glo. in c. 1. de pig. ꝙ non.[d]

BENEFACERE Ex timore & non ex amore non reputatur benefacere sed pro non facere. 33. q. 5. ad fidem 33. quæ. 5. sicut enim de conse. distin. 5. quicquid. 86. distin. non satis de re. iu. qui ex timore.[e]

BENEFICIVM [f] est quædam beniuola actio gaudium tribuens, capienti in lib. feu. c. 1. ex quib. causis feud. amit & Panor. in c. unico. de commo. & in c. ad audiẽtiam.[g] de præscriptio. hæc diffinitio comprehendit quodcunque quod dicitur beneficium. Sed hic de ecclesiastico solum dicendum est.

1 Quotuplex est beneficium ecclesiasticum. ℞. ꝙ aliud est religiosum aliud seculare Religiosum aliud simplex ut canonicatus regularis. Aliud duplex ut abbatia, prioratus, uel aliud habens iurisditionem. Seculare uero. Aliud summum ut papatus. Aliud maius ut episcopatus. Aliud mediocre seu duplex ut dignitas uel personatus, uel aliud habẽs curã animarum. Aliud minus seu simplex,[h] ut canonia capellania, aduocatoria

a Resp. ꝙ nõ] Vide infra nuptię.

b Sit symonia] uide infra symonia. 3. §. 16.

c D. c. noua] Et alia multa ibi notantur p gl. mulieribus esse prohibita, & adducit exemplum beatissimæ uirginis cui non licuit prædicare publicæ, euangelium legere, cõfessiones audire &c. ut ibi.

d Quod non] Hoc uerum excepto missali ſm Pan. Rose. tamen tenet indistincte cõtrarium, sed non credo seruari de consuetudine.

e Qui ex timore] Adde c. si q̄s inuenisti. 14. q. 5. & tex. cũ glo. in c. 1. de collu. deteg. Vbi habetur ꝙ deus ẽ remunerator aduersariorum & nõ nominũ.

f Beneficium] Not. plura de beneficio per Iaso. in l. fina. ff. de constitu. prin.

g Cap. ad audientiam] De præscriptio. Et in ca. secundo. de conces. præben.

h Aliud minus seu simplex] Qui dicantur habere beneficium cum administratione. gloss. in uersic. ut ipsos in cap. tuæ. de cleric. non re. uidetur uelle quòd omnes prælati dicantur habere admini-

& huiuſmodi. Aliud non habens adminiſtrationem, & iſto modo dicitur large beneficiũ. Et eſt qñ quis habet beneficiũ nõ in titulũ ut ſunt capellani ad nutum amouibiles, ſed qñ habet in titulũ aliquod beneficium cui eſt aſsignata dos, quantuncunque ſit ſimplex dicit̃ habere beneficiũ cũ adminiſtratione. [a] ſm Ge. in c. pręſenti. de offi. ordi. lib. 6. in 6. col.

2 Vtrum præbenda ſit quid ſpirituale. ℞. Pa. in c. dilecto. de præbẽ. ꝙ ſi eſt annexa iuri canonie partim eſt ſpirituale, & partim tẽporale. Si uero nõ eſt annexa canonie, ut puta quia in eccleſia non ſunt præbendæ diſtinctæ ſed omnia communia, & per capitulum aſsignatur iſti unũ prædium in præbenda & alteri aliud, uel quid ſimile. Vel etiam ſi ſunt diſtinctę, tamen non ſunt canonicatibus annexe. quia non ibi numerus canonicorum. tũc eſt mere temporale & poteſt concedi etiã layco ad ipſius ſuſtentationem. [b]

3 Vtrum altaria quæ dantur in [c] titulum perpetuum dicãtur beneficia. ℞. ſm gl. in cle. 1. de decimis. & ſequitur Gemi. in c. 1. de conſue. lib. 6. ꝙ ſic. & appellatione officii altaria prædicta intelliguntur. facit. c. 2. de cõceſ. præbẽ. Secus ſi non dantur in titulum quia beneficium non dicuntur proprie.

4 A quo debet dari beneficiũ eccleſiaſticũ ℞. ꝙ regulariter ꝑ ordinariũ, niſi ex ſpeciali ſtatuto uel cõſuetudinę ad aliũ ꝑtineat. ut. ĩ. dicam.

5 Vtrum capitulum ſede uacante poſsit cõferre. ℞. quod non illa beneficia quæ ad epiſcopi collationem pertinẽt, Sed bene poteſt conferre illa quæ ad epiſcopum & ipſum capitulum communiter pertinent. Similiter alia beneficia poteſt conferre quando epiſcopus eſt ſuſpenſus [d] a collatione beneficiorũ, ẽt ſi epiſcopus haberet intereſſe ĩ tali collatione tanquam prę latus. & idem poteſt epiſcopus quando capitulum eſſet excommunicatum ſeu maior pars [e] maiori excommunicatione uel ſuſpenſum. c. ſi ad epiſcopum. ne ſede uacã. lib. 6. Si uero pertinet ad epiſcopum collatio cum cõſilio capituli [f] uel aſſenſu nõ poſſet capitulum intromittere niſi ſuſpenſus eſſet in mora [g] petendæ uel relaxationis. Si uero capitulum uel alius de conſuetudine uel ſtatuto deberet cõferre de conſilio epiſcopi, defuncto epiſcopo uel in remotis agente ita ꝙ in breui eius præſentia non poſſit haberi, non propterea debet differri collatio. ut in d. c. ſi ad epiſcopum.

6 Quid de beneficiis uacantibus in curia. ℞. ꝙ omnia beneficia, dignitates & perſonatus uacantes in curia romana [h] non poſſunt conferri niſi per papam. Similiter beneficia dignitates uel perſonatus curialium uel accedentium ſeu redeuntium de curia ſi decedunt [i] in locis uicinis curie ad duas dietas legales quæ faciunt.

Rationẽ. & Inn. ibi uĩ ſentire de quocunque hñte curã animarum & adminiſtrationẽ ſacramentorũ. ſ. ꝑtãtẽ iniũgẽdi pœnitẽtias. Ita notat Inn. in c. requiſiti. de teſt. ĩ. gl. fi. & facit quod ipſe no. in c. cũ inte. de uer. ſig. ubi dicit id qđ acqrit ſacerdos iniũgẽdo ꝑſentias parrochianis acqrit eccleſię. Idẽ dicit Inn. đ canonico hñte ſuã ꝑbẽdã diſtinctã ut ſ. dicat̃ hẽre adminiſtrationẽ. ut ipſe no. ĩ c. ex lr̃is. de ꝓba. ĩ glo. 1. & 2. Et in c. trãſmiſſam. de ele. in glo. magna ꝓ quo eſt text. in c. fi. 12. q. 1. iuncto. §. præce. q tex. loquit̃ ĩ canonicis. ſm intellectũ gratiani ibi poſitum.

a Cum adminiſtratione] quia tunc dr̃ hr̃e adminiſtratiõem illius dotis.

b Suſtentationẽ.] No. ꝙ canonia ẽ ius qđ ꝓuenit ex electione & receptione ĩ fratrem ut ĩ c. cũ. m. d. cõſti. ꝑbẽda ẽ q̃ ꝓcedit ex inſtõne & offõ, qa ex quo qs facit officiũ debet ꝑcipere bñficium unde & laycus ut dixit Vin. põt hr̃e ꝑbẽdã c. ĩ eccleſia de inſti. ſed nõ põt eſſe canonicus. oĩs tñ canonicus debet hr̃e ꝑbẽdã, ſed nõ cõuertitur. Sola enim perceptio ſalarii nõ facit decurionem. ff. de decu. Sola. nec q̃cunque habet canoniã habet uocem in c. Vt puer. ut c. ex ratione. de eta. & qualit. ff. de de-

cu. l. ſpurii. in d. capit. cum. m.

c Dantur in titulum] 1. propter ordinem nam intitulari intelligitur. i. ordinari uel clericari.

d Eſt ſuſpenſus] Puta quia peccauit cõferẽdo indignis, ut debet tex. in c. graue nimis. de præben. hoc idem intelligitur qñ ep̃s eſſet mortuus uel ſi quocũque alio mõ uacat ſedes, renũciatione depoſitione uel quouis modo. ad hoc. 7. q. 1. c. ĩ apibus. §. ecce.

e Maiori pars] Non debet tex. maior ps, ſed ſi ſigulariter omnes ſint maioris excommunicationis uinculo ĩnodati & dixit ſingulr̃, qa caplm̃ uniuerſitas collegium excõicari non dẽt. de ſen. exc. Roma. §. in uniuerſitatẽ. li. 6. ſecus ſi minori excõicatiõe, qa poſſent eligere de cle. excõmi. ſi celebrat.

f Conſilio capituli] Dicit cõſilio & aſſenſu qa opʒ cõſilio aſſentiant &c.

g Eſſet ĩ mora] Dicitur aũt eſſe in mora hoc ipſo, ꝙ q̄ cito potuit licentiã nõ petiit. Et no. ꝙ poſt iſtã morã tempus incipit currere & debet expectari poſt ſex menſes ſm Io. in d. c. ſi ad epiſcopum.

h In curia romana] Et curia romana dr̃ eſſe ubi eſt papa. ut c. 2. & c. præſenti. & ibi Gemi. de præb. in 6.

i Decedũt] Intelligit̃ ꝙ ſpectat ad papam eorũ collatio.

20. miliaria pro die [a]. l. 1. ff. si quis cau. & nota. gl. in c. præsenti. de præbend. lib. 6. Vnde si distarēt per. 41. miliare. nō includerētur. ff. de uerborū [b] significa. l. 3. limita nisi prędicti morerentur in loco proprij domicilij, uel ꝓprie domus, quia tunc non reseruantur papæ, nisi esset talis curialis qui licet haberet ibi proprium domicilium tamē ibi morabatur solū propter curiam, quia tunc reseruatur. Similiter reseruatur quādo est curialis qui moritur in loco unde recedit curia, uel in itinere dum curiam sequeretur, quantuncunque ubi decedit sit remotus ab ipsa curia. Verum est ꝙ post mensem si nō fuerint collata beneficia prædictorū conferre possunt illi ad quos pertinet eorum collatio per seipsos tantum uel ipsis agentibus in remotis per suos uicarios generales, quibus id commissum fuerit in eorum dioecesi existentia, nisi essent parrochiales ecclesiæ, [c] & uacarēt sedē apostolica uacāte. uel si antequā papa ea conferret mortuus est. hæc notantur in c. licet. el 1. c. statutum. c. præsenti. & c. si apostolica. de præb. li. 6. Aduerte etiam circa hæc ad regulas cancellariæ & reseruationes quæ faciunt cōiter pōtifices in sua creatione, qa non semp se habent uno modo, ideo non pono hic.

7 Quid de præsentatis a patronis sede uacante. ℞. ꝙ capitulum [d] potest eos admittere & instituere ī beneficijs. licet ad episcopum si uiueret pertinuisset. c. & si capitulū. de insti. lib. 6.

8 Quid si Episcopus conferat beneficium absenti. [e] ℞. ꝙ licet non fiat suum donec cōsentiat, tamē episcopus non poterit alteri cōferre donec illæ recuset, nec ualet collatio si cōferat [f] nisi episcopus assignasset terminum cōpetētem cōsentiendi infra quod non consentit, si tamen post terminum iterum consentit antequā alteri esset collatū ualeret. c. si tibi absenti. de ꝓben. lib. 6.

9 Vtrū eps uel alius cui mādabatur de beneficio prouideri pauperi clerico teneat̄ iterum prouidere, si ille clericus aliud est consecutus. ℞. ꝙ non [g]. c. si pauper. de ꝓb. li. 6.

10 Vtrum eps teneatur ordinatis per ipsum prouidere de beneficio. ℞. ꝙ sic [h] si est in sacris ordinatus. c. cum ſm. de præb. Idem dic qn̄ commisit ꝙ ordinetur per aliū. c. si eps de præben. [i] lib. 6. Et hoc uerum nisi habeat suam uel paternam hęreditatē unde possit sustentari ſm glo. in d. c. si episcopus.

11 Vtrum promittens alicui prouidere de beneficio ecclesiastico non uacante, uel qualitercunque promittat cū potuerit teneat̄. ℞. ꝙ non. qa talis ꝓmissio est nulla. [k] c. detestanda. de concessio. ꝓb. li. 6.

12 Vtrum recipiēs beneficiū ecclesiasticum de manu laici cadat in aliquam pœnam. ℞. Inno. in c. quisquis de elec. ꝙ sic quia est ītelligibilis [l] ipso iure de iu. patr. [m] c. præterea. primo. Tn̄ episcopus posset

a Xx. miliaria pro die] & nota ꝙ mille passus faciunt miliare, passus autem est quinque pedum. glo. & Bar. in l. 3. ff. de uerb. sig. Bar. Ang. & alii in d. l. 1. pes est quindecim digitorum. tex. est & ibi gl. expresse in c. sicut. primo 17. q. 4. Bar. in tra. Tyberiadis. §. de insula. Bald. in d. l. 1. Flo. in l. die. ff. q̄ serui. Vr. prędi. & fiet cōputatio ꝑ aerem. ut ibi patet. s. in d. l. 1.

b De uerb. sig. l. 3.] Dicit ibi ꝙ debent dari. 20. millia passuum pro dieta. unde si ad unum locū essent. 20. millia & unum darentur duæ diete nisi aliter conuentū esset. &c.

c Nisi essent ꝑrochiales ecclesiæ] Quia tunc per mortem papæ in curia uacare non dicuntur, & sic eorū collatio pertinet ad ordinarios. Vacant. n. in curia omnia beneficia curialium etiā quantum ad mēsem qui ad papam pertinet &c.

d R̄n. ꝙ capitulum] s. ecclesię cathedralis.

e Absenti] Et sic no. ꝙ nō est necessaria præsentia.

f Si conferat] scilicet alteri.

g Quod non] Et nota ꝙ qdlibet beneficiū induceret hunc effectum. ne. s. teneatur.

h R̄n. ꝙ sic]Ratio autem quare teneatur sibi ꝓuidere ē multiplex, prima quia qui altari seruit &c. secūda ne clericus ī opprobriū clericatus uideat mendicare. Itē quia episcopus omnibus tenetur sed magis clericis.

i De præben.] lib. 6. Vel saltem tenetur ei ministrare necessaria uitæ, & sic uenient uestes medicinæ, & decedente ordinatore tenetur successor, nisi ad præces alicuius esset præsētatus. ut patet in d. c. cum ſm.

K Est nulla] Et facit. cap. seq. & hoc est quia inducit uotū captādæ mortis.

l Intelligibilis] Et sic est irregularis quo ad dignitates obtinendas. Vnde non pōt amplius sine dispēsatione promoueri ad aliquā dignitatem. Et Pa. in d. c. quisquis ꝙ tex. ille uidetur addere pœnam inhabitantem ad ea q̄ habētur in c. si quis deinceps. 16. q. 7. & etiā ex illo tex. habet, ꝙ recipiēs dignitatem de manibus laicorum si eam postea obtinet a superiore ecclesiastico sine dispensatione tacita uel expressa, eam iniuste obtinet cum ex illa receptione iniuste facta effectus fuerit inhabilis ad dignitatem obtinendam. hoc tamen fallit si laici haberent priuilegium eligēdi seu conferēdi; qa tūc nō efficeretur idigni d̄ mābus laicorū accipiēdo ſm pa. & do. &c.

m De iure patr. ꝑterea] Ibi. n. ē tex. optimus ꝓ hoc. ubi excōicātur ꝑroni laicis q. clerico instituunt

sunt & destituūt ī ecclīis et pſonatus vł bona ipsarū aliter administrāt, & clerici qui institutionem laicorum recipiūt cōmunione priuētur, ex quo no. ibi pa. ꝙ clericus recipiens a laico ecclesiam non est ipso facto excommunicatus uel suspensus maiori suspēsione, sed peccat mortaliter, & dēt cōione priuari, ex quo infert qđ si ipetraret hoc beneficium nō exp̄sso ꝙ prius habuit a laico, nō ualet impetratio, qa si papa sciuisset nō ita d facili sibi concessisset, cū deberet pp delictū suū cōione priuari. d.c. p̄terea primo. ꝑ hoc.c. postulasti. de rescri. Et qđ ibi no. Hosti. si tamen papa sciēter ꝓuideret illi đ illa dignitate in qua se intrusit tūc tacite uidetur dispensare ſm Pa. ubi s̄. in alio tñ superiore secus ut habetur. ĩ. dispensatio. §. 12.

cum eo dispensare. ſm eūdē. ar. c nuper [a], de sen. ex.

13 Vtrū qs possit renunciare suo bñficio ut alij ꝓuideaꝑ. ℞. Pa. in c. dilecto de p̄ben. ꝙ sic dūmō in actu renunciationis nō deducat in pactū. sed ipsam renūciationem faciat pure & libere. alias esset simoniacum. ut uult. gl. in d. c. dilecto. & gl. in c. ex parte. el 1. đ off. dele. Si tñ in aīo gereret ut alteri cōcederet, nō esset simonia, dūmodo pactū nō faciat licet peccet [b]. ut est clara gl. ī c. ordinationes. 1. q. 1.

14 Cui pōt dari bñficiū ecclesiasticū. ℞. ꝙ solis clericis nō cōiugatis & habētibus etatē debitā, & quę sit etas debita. Vide. ĩ. Etas. & qs ordo requiratur vide. ĩ. clericus. 7. §. 5.

15 Vtrū clericus coniugatus possit hr̄e bñficia ecclesiastica. ℞. Pa. in c. sane. de cle. coniu. ꝙ nō. Sed nec etiam administrationes ecclīasticas. Et per hoc puto ꝙ non possit esse uicarius epi. ꝙ tenēt doc. ī c. uno. eo. tit. lib. 6. & in c. Ioānes. [c] Item Pa. eo. ti. tenet ꝙ nec etiā potest dispensari cū eis ut habeāt beneficium simplex licet alij ɔ̄riū teneant. & pōt saluari dictum eorum ut ualeat dispēsatio si fiat a papa. & Pa. intelligat non ualere si fiat ab īferioribus papę.

16 Vtrū filius sacerdotis possit obtinere beneficium in ecclesia patris. ℞. ꝙ sic si aīs est legitimus. c. ad hæc de fi. præsby. dummodo nō ad illas dignitates uel præbendas quas immediate pater eius habuit promoueatur. c. cōstitutus. [d] de fi. præsby. Et nomine filiorum in hoc ueniunt etiam nepotes de iure in hæreditate succedentes, ut sunt per rectā lineam descēdentes nepotes ar. insti. de hęre. quali. & di. §. sui secundum Hosti. & Ber. in c. ad extirpandas. de fi p̄sby. Secus in collateralibus [e] in quibus successio locum non habet ar. de off. dele. c. ex parte. Item secundum Hosti. nepos potest poni immediate ī ecclesia quam auus eius habuit patre eius uiuente, sed patre mortuo non potest. qa cessat ratio ī primo casu successionis, sed non in secūdo. Item aduerte ꝙ si pater habuit personatum immediate nō poterit filius in eadem ecclesia habere uicariam ut in c. Michael. de fi. præsby. uel ecōtrario. si pater habuit uicariam perpetuam filius immediate non poterit habere personatum. ut in c. constitutus. de fi. præsby.

17 Quis pōt dispensare cum illegitimis ut obtineant beneficium ecclesiasticum. ℞. ꝙ Episcopus in beneficio simplici cui non imminet cura animarum. ut ī c. is qui. de fi. præsby. li. 6. nec distinguo secundum gl. ibidem. an sit spurius adulterinus, uel naturalis, licet quo ad successiones distinguantur & in difficultate dispensandi. In alijs autem solus papa.

18 Sed nunquid poterit episcopus dispensare cum talibus in personatu uel dignitate sine cura. ℞. glo. in d. c. is qui. ꝙ non sed solus papa. Et eam sequuntur communiter doc. etiam si efficeretur religiosus.

19 Vtrū episcopus possit cū prædictis dispensare in canonicatu ecclesiæ cathedralis. ℞. secundum Archi. in d c. is qui quod sic ex quo non inuenitur prohibitum. Et cum eo cōcordat Gemi. in c. is qui. licet Io. mo. & alij teneant quòd nō potest. Quod non placet.

20 Vtrum episcopus cum prædictis possit dispensare

a C. nuper] Bene facit ī hoc, quia si non pōt haberi excōicator. q. absoluat in casibus de q. bus ibi eps absoluet cū cautione ꝙ p̄sentabit se qn̄ poterit, sic & hæc.

b Licet peccet] Et hic no. Pa. ī d. c. ex p̄te primo super gl. 1.

c C. Ioānes] In uer. tertius articulus. uid Ge. ibidē ꝑ text. d. c. 1. q. g. aħr loquit ꝙ ex illos duos casus nō gaudet priuilegio clericali, ꝙ aūt non possit hr̄e officia probaē, qa cōiugatus non dēt administrare altari. 17. q. 2. multorū. ergo non pōt hr̄e bñficiū ecclesiasticū cū illud dēt rōne administrationis uel officii etiam si sit simplex. ut in c. ꝓposuit de fi. p̄sby. & c. conquerente. de cle. nō resi. Item quia hoc tēdit ī prauum exēplū & scandalū aliorū. ut in c. cum de corē. de cle. coniug.

d C. cōstitutus de fi. p̄sby.] Et hoc qa uidetur ei succedere qđ fieri nō debet.

e Secus i collateralibus] Poterunt ergo tales collaterales obtinere bñficia & dignitates cū esset rō in eis s. successionis.

f Gem. ī c. is q.] Qui multū disputat & allegat doc. pro & ɔ. & subdit qđ cū tali nō posset dispēsari ut eēt i e. cāia metropolitana ꝓmouendus &c.

a In rectoria] Est enim quædam prælatio nam rector ecclesiæ potest excommunicare & alia facere quæ pertinent ad iurisdictionem ex quo uidetur ꝙ super his non posset fieri dispensatio cum ista pertineant ad dignitatẽ pro hoc gl. in c. super eo. de præben. in 6.

gl. 2. in d. c. super eo. quod non pōt negari quia ipse principalis non habeat curam ut statim notaui præcedenti. §. quia tex. d. c. 1. de filiis præsby. prohibet de habente bñficium cui imminet cura animarum & ad ꝙ ipse intitulat, & non in principali. ut no. gl. in c. si eo tpe. de rescr. in 6. rō est, q̄a nō exercet curã respectu sui tituli sed respectu annexi, cõseqt. n. is qñq. aliquid ex facto alterius, qđ ex ꝓprio cõseq. nō posset de concess. præ. c. auto ritate in 6.

spensare in rectoria.[a] ℞. ꝙ sic in oĩ bñficio dummodo non cadat in nomen dignitatis uel personatus, uel habeat curã animarum. Et hoc tene licet quidam teneant ꝯ̃rium ut not. Ge. in d. ca. is q. Et ratio potissima est quia potestas dispensandi concessa alicui cuius effectus nō in ipsum [b] sed in alium deriuatur debet late interpretari.[c] ut no. Io. An. in c. fi. de uerb. sig. & se. Io. de Imo. & Gemi. in d. ca. is qui. Et maxime qñ interpretatio fit contra ipsum concedentẽ [d] iuxta no. de priui. ca. quia circa. Et iõ iura quæ uidentur ꝯ̃ria intellige & limita quod loquũtur in dispensatione alicui concessa cuius effectus in ipsum deriuat, quæ strictæ interpretãda est. Quod nota.

21 Quid si beneficium simplex habeat curam animarum annexam, nunquid eṗs poterit dispensare cum prædictis. ℞ ſm Archi. in d. ca. is qui quod sic. quia talis non dicitur habere curam animarum, ut probat tex. in c. super eo. de præben. li. 6. Nã ut ibi patet pōt quis habere præbendam & dignitatem, cui annexa [e] est parrochialis ecclesia, & tñ non posset quis habere simul dignitatẽ & ecclesiam curatam. cap. de multa. de præben. Lapus abbas limitat hic uerum quando ecclesia curata habet uicarium alium ab isto, alias non, alii doc. indistinctæ tenent quod nullo modo eṗs pōt dispensare. uide Ge. in d. ca. is qui mihi placet prima opi. cum prædicta limitatione domini Lapi.

22 Pone quod in ecclesia est statutum iuratum & per Papam approbatum quod nullus illegitimus ibi ꝓmoueatur an eṗs possit dispensare. ℞. Io. Mo. & sequitur Ge. in d. c. is qui quod non, ex quo tale statutum est iuratũ uel cõfirmatum. Secus esset si solum esset statutum non iuratũ uel confirmatum, quia tũc posset Eṗs dispensare cõtra propriũ statutum. iuxta no. de elec. c. licet canon. libr. 6. Limita prædicta oĩa qđ eṗs pōt dispensare cũ illegitimo in bñficio simplici, uerũ nisi aliud impedimẽtũ canonicũ obstet q̃ illegitimitas [f] & super q̃ eṗs non possit dispensare. ut in d. cap. is qui.

23 Vtrum dispensatus ut ꝓmoueatur ad ordines sacros per Papam. per hoc uideatur talis illegitimus dispensatus, ut possit obtinere beneficium cum cura. ℞. quod non [g] quia dispensatio non trahit ad consecutiua [h] eius super quod dispensatur qñ dispẽsatio imprimit effectũ ualidũ super actu in quo dispensatur absque eo ꝙ extẽdat ad illud consecutiuũ ſm Gemi. in dicto. c. is qui.

24 Vtrum præfatus illegitimus dispensatus ut possit obtinere beneficium ecclesiasticum possit post primum postea aliud obtinere uirtute dispensationis. [i] Rñ. Geminia. in dicto. capit. is qui ꝙ Paulus hic distinguit quòd aut dispensatio fuit facta super certo beneficio. [k]

b Nō in ipsũ] s. cui concẽdit.

c Late interp̃tari] Sed sic est ꝙ ista potestas cõcessa eṗo deriuatur ad alium. s. ad ipsum dispensandum. ergo debet late interpretari.

d Contra ipsum concedentem] Quia eṗs potuit in suũ p̃iudicium remittere decimas monasterio, & etiam sui successoris, sic & ista dispẽsatio interpretatur large contra ipsum concedentem. s. legislatorem, ex quo gratiæ sũt ampliandæ.

e Cui annexa] Et facit ꝓ hoc, quia illud qđ alteri annectit̃ sumet naturã eius cui annectitur. capit. recolẽtes. de sta. mona. capitul. primo ne se. ua. Et quia accessorium: qđ est ecclesia curata sequitur naturam principalis, quod est præbenda, cui unitur. cap. si super gratia de officio deleg. lib. 6. & regula accessorium. nam nō mutatur natura præbendæ ex cõnexione ecclesiæ curatæ, secus si mutaretur, nec obstat quod dicit

f Illegitimitas] Vt corporis uicium bigamia. &c.

g Rñ. ꝙ non] Nam sublatã una de duabus prohibitionib. remanet altera. c. pastoralis. de priuileg. & per illum tex. dicit gl. ꝙ licet lex concedat libertatẽ seruo uindicanti necem dñi a iudice tñ danda est. C. ꝓ qui. c. serui pre. li. ac. l. 1. Et hoc est uerum quia religio dispensat in ordine sacro & non in cura. ut c. 1. de filiis ṗsbytero.

h Ad consecutiua] Nam consecutiuum ad sacros ordines est ꝙ possit habere ecclesiam curatã. de elec. c. licet cano. Et tamen non extendit̃ ad illã.

14 De quibus debetur canonica parochialis. Respon. quòd de omnibus [a] quæ ueniunt ratione funeris. & de omnibus legatis factis ecclesiæ apud quam elegit sepulturam, de sepul. per totum, & in clemen. dudum, eodem titulo. Fallit hoc in 14. casibus secundum do. Petr. ubi supra secunda par. principali. ca. 4. cum sequen. Primus quando per consuetudinem uel præscriptionem nihil soluitur secundum quòd dictũ est. Secundus quando per priuilegium Papæ eximitur a præstatione. de reli. domi. capit. constitutus. de te sta.capit. officii. in fin. de se pul. in nostra, huiusmodi sunt hodie fratres minores & prædicatores per priuilegium. Tertius quando legatur ad usus priuilegiatos de quibus in capit. fin. de testa. qui sunt 7. casus primi de quibus non debetur quarta episcopalis de quibus supra in §. 9. Quartus quando ecclesiæ donatur, donatione inter uiuos ut in dict. capitul.de his. §. si uero. Quintus quando post electionem sepulturę in aliquo monasterio sanus existens illud intrat. & in eo profitetur antequam moriatur. & idem dico si intrauit cum proposito absolute mutandi uitam, quia desinit esse parochianus alterius ecclesiæ. argumen. capitul. beneficium, [b] de re. libr. 6. Si uero nõ fecit professionem nec habuit absolute propositum uitam mutandi debetur quarta secundum Archi. in cap. cum quis. in princi. de sepul. libr. 6. & uidetur uerius secundum Gemi. ibidem licet alii dicant contra, [c] quia religiosus censetur contrahere domicilium in monasterio facta professione tacite uel expresse, non ante, ut dicit Archidia. & Ioan.in capitul.statutum. de rescrip. libr.6.Et idem uidetur dicendum de leproso qui intrauit domum leprosorum quòd non debetur secundum Gu,secus de illo qui recipitur in confratrem qui tñ retinet bona sua quo ad proprietatem, quia debetur quarta.c.cũ & plantare, [d] de priuile.qa nõ transit in religionẽ. Secus si solum sibi retinuisset usumfructũ suorum bonorũ,quia gauderet priui legio religionis. cap. ut priuilegia [e] de priui. Sextus qñ quis legat ecclesiæ in qua non sibi eligit sepulturã nec sepelitur ibidẽ ẽm gl.ordi.in cap. 1. de sepul. & idem Innoc.in c.2.de sep. & Arch.in c.2.co.ti.lib.6 licet in capit. placuit.13.questio.2.tenuisset ꝙ deberetur. hoc idẽ pro bat Io.An.in c.1.& c.certificari.de sepul. in glo.in uersi. quarta.& in cle. dudum.§.uerum.ubi reprobat opi.Host. tenentis cõtrarium in d. c.2.

renunciaret aut exiret. Et respondit ipse, profiteri non licet .s.añ annũ, renunciare non placet,& exire non decet,de quo dicam j.religiosus.§.12.cum seq.

c Licet alii dicant cõtra] Pa.in c.relatũ. de sepul.refert Inn.aliter tenere distinctio hic posita cõiter approbat.Et ꝓbatur in c. de his. de sepul.nã iura loquunt de relictis occasione sepulturæ. Item de morte naturali,sed intrans monasterium naturaliter non morit, imo retinet suc cessionẽ l. deo nobis. de epis & cle.Itẽ si mutaret domiciliũ non teneret dare aliquid ecclesię parochiali, igitur nec ingrediendo monasterium.

d C. cum plãtare] Et facit.e. ti.c.tuarũ.& c. pe.& hoc ideo qa per confraternitatẽ talẽ nõ sunt cõuersi nec eorũ oblati.Pa.in d.c. cũ plãtare.i.not. ul.dicit ꝙ oblati aliquib. religionib. nõ gau dẽt priuilegiis illorum nisi ex toto sint translati,qa tradide rũt se & sua, alias remanent sub iurisdictione ordinariorum. Pro hoc bonus textus in capitul. fin. de sepul.li.6.& pro hoc arguit ↄ fratres de tertio ordine, de quo tñ per Pa. in c.2.de fo.cõpe.& per Bar. i l. semper. ff.de iure im.mu.

e C. ut priuilegia] dde Pan. ibidẽ super gl. in uersicu.mutato in secundo not.& in c.in nostra. de sepul.

Et est

a Et est opin.] ſm Pa. ĩ d. c. 1. est cõior, quia si iste fuisset sepultus in ecclesia parochiali, aliæ ecclesiæ legatariæ nihil soluerent. d. c. 1. ergo ex electione sepulturæ non debent iste ecclesiæ ꝑgrauari, ex quo apud eas testator nõ fuit sepultus. Satis. n. est ꝙ cõcurrat cũ ecclesia sepulturæ, & ex hoc sequitur ꝙ de relicto facto pauperibus nõ debetur portio parochialis, neque ẽt epalis, ut patet ꝑ Ab. in c. 2. de sepul. tenet ẽt Ab. ꝑ illũ tex in c. in nr̃a. de sepul.

b Apostolus] Et l. titia. ff. de uerb. obli. Et l. auia. ff. de cõd. & demõstra. & uult dicere ꝙ ꝓcedẽtia determinant sequentia, quia cessante causa &c. sed hic cessat iniuria, ut dixi statim. igĩ &c. Vel induc illũ tex. hoc modo uir est caput mulieris & est tanquã ꝓdicatũ, si ergo uir dimittẽs uxorẽ causa fornicationis debet remanere sine uxore, eodẽ mõ & uxor dimittens uirũ &c. qa est tãquam subiectũ Et sic ꝓdicata qualificãt subiecta &c.

c Nõ debeẽ quarta] Facit. l. cætere. §. sed si qs. ff. fam. ercis. ubi

& est opi.[a] uera alia Hostiẽ. reprobata secundum d. Ant. in d. ca. certificari, nam talia debent esse subiecta qualia prędicata. 32. quæst. 2. Apostolus.[b] Septio fallit quando de facto sepellitur, ut puta quia erat ibi interdicta ecclesia uel ciuitas, fuit tamen de facto & contra uoluntatem fratrum sepultus in eorum ecclesia & multa oblata. Nam secundum Fede. consilio. 119. & sequitur Gem. in d. c. 1. de sepul. lib. 6. non debetur quarta.[c] Ratio quia talis tempore interdicti nõ potest eligere sepulturam apud mendicantes ut no. Inno. de priuile. c. ut priuilegia & c. cũ & plantare. & de pe. & re. qđ in te. quis liceat ipsis recipere mortuaria ut orent pro defunctis si cum pœnitentia decesserunt. 11. q. 3. quicunque intra. facit quod no. Innocen. in ca. tanta. de excess. prælat. Item quia quarta debetur ratione iniuriæ factæ ecclesiæ parochiali. d. c. certificari, ergo nullã iniuriã ei facit, ex quo ibi non poterat sepeliri, immo plus dicit idẽ Fede. ꝙ si mendicantes sponte eum tali tempore, sepeliũt non debetur quarta, sed tenentur tanquam uiolatores interdicti. cle. 1. de sepul. & in c. si canonici de offi. ordi. lib. 6. tunc enim solum debetur quarta quando sepeliunt in casu a iure concesso, secus si sepeliunt in casu a iure ꝓhibito. ut in ca. ex parte el. 1. & c. cum liberum, & in ca. in nostra in fi. de sepul. & ibi dicit Innocen. ꝙ quando de facto non de iure sepelitur debentur corpus & oblationes quę ratione sepulturæ factæ sunt, sed non legata facta non ratione sepulturæ uel occasione ipsius, & ita patet quòd si de facto sepelitur contra uoluntatem illius cuius est ecclesia, quòd non tenetur ad quartam aliquam, sed tenetur & corpus & omnia quæ ratione sepulturæ habuit restituere, sed nõ quartam de legatis factis non ratione sepulturæ uel eius occasione. Similiter non debetur de his quæ amici de bonis ipsorum tunc offerunt. Octauo fallit quando ecclesia parochialis erat interdicta ex culpa sua & non parochiani, tunc ecclesia non habebit quartã, siue parochianus sepeliatur alibi ex electione sua, siue non, ut quia alibi est sepulchrum suorum maiorum ſm Petrum[d] in dicto capitu. in nostra. in fi. de sepul. & not. Geminia. in ca. primo de sepultu. libro sexto. Nono quando reuocat electionem quam fecit legãdo, & alibi eligit sepulturam & sepelitur, quia paria sunt non eligere, & electam mutare. ff. de adi. leg. l. 1. & 2. Sed primo casu non debetur ut supra dictũ est, in sexta fallentia ergo nec in secundo. Ita consuluit Federi. consil. 10. Geminia. in dicto capit. primo, uidetur tenere quòd reuocata electione sepulturę, reuocetur & legatum, & dabitur illi ecclesiæ ubi elegit sepeliri, quia subrogatus debet intelligi subrogatus cum omnibus qualitatibus onere & honore. l. prima. §. hæc actio. ff. si quis testamen. liber esse ius. fue. ideo onus etiam emolumenti cõmutatur & econtra. l. alumne. §. seia.[e] ff. de adimen. legat. Et dicit uerum nisi aliter constet de uoluntate legantis. Decimo quan-

acquisita peculatu sacrilegio uel ui, aut rapina non ueniũt ĩ iudiciũ fa. erc.

d ſm Pe. in d. c.] Secus tñ esset si ecc̃lia parochialis non dedisset causam iterdicto, sed culpa dñi terræ, tunc ubicunque sepeliaẽ parochianus, ñ debet perdere quartã, qa ex quo nõ fuit in culpa, non dẽt iure suo priuari. l. ab administratione. C. de leg. ſm Pet. de Anc. &c. Et no. ꝙ si ecclesia in qua debebat sepeliri erat ĩterdicta, tũc sæpelieẽ in ecclesia cathedrali, & ecclesię cathedrali erit restituendum illud qđ restitueñ. esset illi ecclesiæ in qua de iure debebat sepeliri, qa ex quo cathedralis subrogaẽ in loco interdictæ, dẽt intelligi subrogata cũ oĩbus qualitatib. onere & honor̃ &c. l. 1. §. hęc actio. ff. si quis testa. lib. esse ius. fue. Onus ẽt æmolumenti amittetur. l. alumnæ. §. seia. ff. de adimẽ. leg. & no. in c. 2. de sep. in 6.

e §. seia] Ibi. n. dr̃ ꝙ adẽptionẽ oneris adiecti ĩ uim modi ẽt legatũ cẽsẽẽ adẽptũ. Et rõ ẽ, qa sunt ibi due oblĩones correlatiue qa hr̃s obl̃aẽ ad dãdũ, & legatarius ad im-

do licet elegerit, tamen non sepelitur ex facto hæredum uel ex facto contingenti circa personam defuncti, puta quia moritur nimis longe uel hæredes nolunt ad ecclesiam electam deferri, quia uerba sunt intelligenda cum effectu.l.1.§.hæc autem uerba.ff. quod quisque iuris, & l.ea quidem. C. si man.ita fue.alie.tex.est in c.relatum, de cleri.non resi.ergo cessabit canonica,ex quo ibi non sepelitur. Ita tenet Federicus ubi supra & domi. Petr. ubi supra Gemini. tamen in d.ca.1. uidetur sentire quod isto casu ecclesia non priuatē legatis factis gratia sepulturæ,[a] ut no.in ca. in nostra.[b] de sepultu. & ideo forte nec sua quarta [c] ecclesia parrochialis.Vndecimo cum legatur pro incertis male ablatis s̄m do.Pet.[d] ubi supra. Duodecimo quando legatum est ecclesiæ parrochiali tantum quantum est quarta pars legatorum factorum ecclesiæ electe s̄m Host.in d.c.officii, & do.Pe.ubi supra.[e] Alii uolunt quod non computabitur,sed soluet quartam ecclesiæ,electæ,ac si nihil ecclesiæ parrochiali esset legatum sicut Goffre. Raynal. in summa Ioan.in d.c.officii.Feder. consi.3 Ioann.de ligna.in d. cle.dudū.Tu uero tene quod si consuetudo esset quod teneretur tantum legare ecclesiæ parrochiali, tunc uera sit secunda opinio ut non computetur. Si uero dicta [f] consuetudo non est,sic computabitur,& si minus est supplebitur,sicut filius facit [g] in lege si quando.C. de inoffi. testa. Si plus est legatum ei quam sua quarta non defalcabitē. Tertiodecimo quando tempore testamenti & legati nō elegit sepeliri, sed postea tēpore mortis elegit sepulturā facit c.relatum,[h] de sepultu. in secunda glossa Ber.in d.c. de his, dicit se dubitare, sed ego credo teneri nisi fiat donatio inter uiuos & non in fraudē. Decimoquarto quando parrochianus nō potuit audire diuina, nec percipere ecclesiastica sacramenta in sua parrochiali ecclesia, ꝑ uacationem longo tempore & alibi eligit sepulturam secundum Baldum in suo tractatu.[i] De hoc ratio quia q̄ legantur pro labore,cessante eo cessat & legatum lege seio.in fi.ff.de annu.leg.Cum ergo quarta detur pro administratione sacramentorum & celebratione, ut patet in d. clemen. dudum. §. uerum ibi, cum mercedis exhibitio patet quod non debetur, qa cessante causa finali cessat effectus,de quo in capitulo cū cessante,de appellatio.Host. uero & Ioan.in ca. relatum. de sepultur.& Pet. ubi supra tenent quod immo debetur, quia uicium prælati non debet nocere ecclesiæ. Sed ego teneo cum Bald. & dico qđ uicium prælati nocet ecclesiæ in acquirendis,ut no.Pa. in capitu.ut super de reb. eccle.non alie.

15 Vtrum de legato facto rectori ecclesiæ in qua elegit sepulturam pro missis dicen

---

īplēdū modū.l. pe.ff.de his q̄ sub mō. Et natura obligationum correlatiuarum est, ut una sublata altera tollatur. l.si emptor.ff.de rei uendi. & l.fi.ff.de acceptilatio. Secus si relictum esset in uim conditionis. Vide Bar.in d.§.seia. Et in l. si quis seruum.ff. de condi.& demon. Cum igitē in isto casu uideatur esse factum relictum sub modo. Igitē &c. Hoc idem tenet Pa.in d.c. in nostra. de sepu. allegat bonum tex. in l.filio.§.matri. ff. de adi.lega.

a Gratia sepulturæ] Idē Pau. in c. cum super de sepultu.

b Vt not. in c. in nostra]Opi. Gemi.tenet Pa. ī d.c.in nostra, & ponit exemplum de interfecto in bello cuius corpus reperiri nō potest, tunc enim putat ꝙ relictū debeatur ecclesiæ sepulturæ. Argu. optimū. in l.quæ sub cōditione.§.quotiens. cum uer. seq.ff.de condi. instit. Et quod ibi not.C.de insti. & substi. & sentit Innocē. ī d.c.in nostra.

c Nec sua quarta] De quarta tamen tenetur quod priuatē.s. funeralium,qa hoc est certum ex quo nō sunt exhibita ecclesiæ sepulturæ.

d Secundū. d. Pet.]Pa.disputat hanc sentētiā ibi, & concludit ꝙ tā in episcopo q̄ in ecclesia parrochiali non debetē quarta nisi forte in supplementū,qn̄ relictū est eis aliquid per testatorem, ut ibi per eum Et idem tenet in c.de his.de sepultu.

e Et do.Pe.ubi.s.]Hoc idē uē innuere Pan.in ca.cū super,de sepul.dū reprobat Host. & cōcludit ꝙ eligēs alibi sepulturā debet relinquere portionē solitam suæ ecclesiæ parrochiali, sed si nō facit tenet electio regressus tñ datur cōtra ecclesiā legatariam. Et ita ēt tenet Ioā.And.Et ita cōiter obseruaē &c. Idem tenet Pa. in c.de his, de sepul.ꝑ tex. ibi a contrario sensu. Quia qcquid relictū est sacerdoti tenetē sibi cōputare in quartā,sicut de relictis filio a patre, quia tenetur sibi computare in legitimā l.omnimodo & l. sancimus. C.de inoffi. testam.licet forte aliud sit in episcopo, de quo dic, ut in c.officii. de testamen.&c.

f Si uero dicta &c.]Vide q̄ plene scripsi infra legatū 1. §.31.

g Sicut filius facit]De legitima, quia casu quo non sit sibi relicta agitē ad supplementum &c.

h Facit.c.relatum] Idē Pan. ibi scilicet qđ de oblatis seu relictis alicui ecclesiæ in uita nō debetē canonica por.imo nō debetē ēt epō. Et ꝑ hoc uē tex. & clarius ibi gl.ī c.1.de statu re. Et ī c.nimis 1.de exc.p̄la. Dixit de hoc Pa.ī c.requisiti de test.

i Bal. in suo tractatu

Vide

dis per rectorem debeatur quarta parrochialis. [a] ℞. q̃d sic, quia etiam debetur quarta episcopalis, ut in cap. cum inter uos, de uerb. signifi.

19 Vtrum de donatione causa mortis debeatur. ℞. quód sic, quia accedit magis legato quam contractui lege fin. C. de do. causa mortis. clemé ti. dudum. de sepultu.

17 Cui debetur canonica portio. ℞. episcopalis, debetur episcopo diocesis, parrochialis uero debẽt ecclesiæ, ubi audiuit diuina & percipit ecclesiastica sacramenta. tex. est in ca. cum quis. de sepul. lib. 6. uel debet percipere de iure, si uero transtulit domicilium alicubi & moritur ante quam nouum domicilium acquisierit, tunc debetur ecclesiæ parrochiali in qua moritur, secundum Archid. in c. 1. de sepultu. lib 6. Hug. Ray. Goff. & Vinc. in c. nos. sepultu. quia uolũt quod ibi debet sepeliri si non elegisset. Sed tenendo opin. Inno. d. c. nos insti. de sepul. ꝙ dẽt sepeliri in ecclesia cathedrali episcopi debebitur. Si uero habet domicilium in diuersis parrochiis ut sunt reges, tunc est æquum quod diuidatur, sed non credo necessarium, sed dabitur ecclesia in qua moritur, licet Host. & Innocen. dicant diuidendam.

18 Quid si audit diuina in una, in alia uero recipit sacramenta. ℞. Inno. & Ioan. in c. de his [b] de sepul. Archidia. in d. cap cum quis, quod fiet diuisio portionis. c. 1. & cap. relatum. de sepultu. limito si utraque habet cimiterium & curam, alias non, argum. c. si ecclesia, de consecra. eccle. uel alta.

19 Quid de istis receptis in contractibus retentis bonis suis ℞. Host. & Goffre. quod sicut non eximuntur a iurisdictione episcopi, ita debetur quarta de legatis per ipsos. de quo dic. ut supra. §. 14.

20 Quomodo extrahentur istæ quartæ ℞ ho. in sum. de sepultu. ꝙ extrahetur primo quarta episcopalis, quia antiquior & dignior, demũ parrochialis si uenit extrahenda. Si uero prius fuisset quarta parrochialis extracta, sic episcopus habebit quartam quartæ parrochialis, & quartam de reliquis. [c]

CANONICVS debet facere quæ ad canoniæ officium spectant, & si puer est per alium. [d] ut de ætate, & qualita. capit. secundo ff. de decurio. l. spurii. §. minores.

1 Vtrum possit esse laicus. ℞. secundum Vincen. quod non. potest tamen laicus ex iusta causa habere præbendam extra de constitu. c. cum M. Ferrariensis. & ibi Panor. hoc tenet. [e]

2 In quo sunt interrogandi. Vide infra Interrogationes.

Vide etiam de his aliqua p Pa. in c. de his. de sepul.

a Quarto parrochialis] Iudicio meo contrarium dicit supra eo. §. 9. uersicu. Quintus. quando legatur, sed responde quòd demissis non debetur quarta nisi ab illo qui recipere debet fit præscriptum, scilicet ius percipiendi quartam de oblationibus. Et sic limita supra dicta sunt. dict. §. 9.

b In ca. de his] quærit quid si in aliqua capella, sub plebæ sita audiuit diuina an fiet diuisio, dicit ꝙ superior, sm laborem distribuet, & idẽ si acceptisset baptis. in altera ecclesiarum de quibus in tex.

c De reliquis] Exẽplum testator reliqt ecclesiæ sepul. q̃ est ep̃o subiecta. 80. ep̃s ergo habebit. 20. & sacerdos parochialis, solum 15. Et sm Ioã. An. hoc intelligĩt ĩ oẽm euentum hoc est ut si sacerdos parroc. primo exheret, qa ep̃s de toto aceruo nõ dẽt habere nisi 20. licet Pe. de An. ꝯtriũ senserit & male. Nec ẽt opi. Pe. de Peru. ualet qui dicebat tã ep̃s q̃ sacerdos dẽbat hr̃e. 20. qa nullo iure ꝓbatur, immo oppositũ probat per ea q̃ no. Pan. in c. Rainu. de tes. & in c. Ra:nal. Vult bene Pa. quod ecclesia parrochia. primo detrahet. Mouet qa hæc quarta sibi integraliter soluenda de obuentibus ecclesię sepulturæ. d. clem. dudum. Item quia debetur ab ipso testatore, sed in subsidium ab ecclesia legataria, ut in c. 1. & in c. cũ super. de sepul. Et ideo ep̃s non potest dicere quod 80. fuerunt relicta illi ecclesiæ, quia ius resecat illud legatum, & sic in effectu non uidentur legata nisi. 60. ergo episcopus nõ põt petere quartã bis de quãtitate debita ecclesiæ parrochiali, quod faceret si primo detraheret de toto & postea de parte. Et istud est cõmissoriæ, finge ꝙ ecclesia sepulture & parrochialis sunt in diuersis diocæsibus, certe si episcopus primo detraheret sacerdos fraudaret de eo q̃d sibi deberetur, quia haberet nisi. 15. respectu episcopi qui non est superior suus & cęte.

d Per aliũ] Nõ secularem, sed clericum ut dicto capitu. secũdo. Et an pueri possint beneficia obtinere. Vide infra ætas plene per Pan. in cap. sup inordinata de præben. in d. etiam §. dicitur. q̃d licet minores decurionũ sportulas recipiant non tamen interim suffragiũ ferre possunt, sicut nec minor miles factus debet sapientium iura tractare. C. de testamen. mili. l. fin.

e Hoc tenet] Super glosa in uerbo canonicos, & uide, supra bñficiũ. §. 2. & potest habere præbendam nõ canoniam, quia est quid spirituale canonia licite ergo fuerit pro laicis in ecclesia præbendæ ratione paupertatis uel alicuius beneficii temporalis pro

CANONIZATIO sanctorum ſm Inno. in c. audiuimus.de reli.& ue. ſan. eſt canonicæ & regulariter ſtatuere quod aliquis honoretur pro ſancto, puta quod fiat officium pro eo ſolenne ſicut pro aliis ſanctis qui ſunt eiuſdem conditionis, ut ſi confeſſor fiat officium confeſſorum, ſi martyr martyrum.

1 Quæ requiruntur in canonizatione. ℞. Inn. ubi ſupra, ꝙ regulariter probationes de fide & excellentia uitæ, & miraculis eius extra de teſti. uenerabili fratri noſtro.[a]

2 Vtrum oratio ſit fundenda ad non ſanctum. ℞. Inno. ubi ſupra, quod ſic ad aliquẽ uirum qui creditur bonus & pro ſe intercedat ad deum quia deus fidem illorum attendens etiam ſi ille non eſſet bonus præces eorum acceptaret.ar.32.diſt.§.uerum. 15.q.ulti.c.fi. non tamen licet de eo facere officium ſolenne uel præces ſolennes.[b]

3 Vtrum alius q̃ Papa poſſit canonizare. ℞. Innocen. ibidem quod non.[c]

CANTVS in eccleſia inuẽtus eſt ad prouocandã compunctionem in animos auditorum. 21. diſtin.cleros ante fi.de conſe.diſtin.5.non mediocriter.

1 Vtrum cantus theatrales ſint cantandi in eccleſia. ℞. ꝙ non, nec in modum tragediarum,[d] ſed cantandum eſt cum cordis deuotione. 92. diſtin.cantantes & d.c.non mediocriter, & 38.diſtinct.ſedulo.12.q.1.quia.

CAPITVLVM poteſt ſede uacante abſoluere ab excommunicatione tam iuris quam hominis a qua epiſcopus abſoluere potuiſſet niſi a ſede apoſtolica ſpecialiter ſit ei interdictum.c. unico.de maior. & obed.lib. 6.& ibi Gemi.

1 Vtrum poſſit diſpenſare in caſibus in quibus permittitur epiſcopo diſpenſatio. ℞. Fed.conſi.19.ꝙ ſic. & no.pa. in capitu.cum olim, de maiorita.& obedien. & Geminia. ubi ſupra.

2 Vtrum poſſit dare confeſſorem ſeu abſoluere in caſibus epiſcopo reſeruatis. ℞. Pan. ubi ſupra, quod ſic.[e] & Gem. ubi ſupra.

3 Vtrum poteſtas capituli conſiſtat in maiori parte. ℞. Mo. eo.tit.ꝙ in maiori & ſaniori, ita quod totum capitulum dicitur facere quod maior & ſanior pars facit.c. cum in cunctis de his quæ fiunt a maio. par. capit.& ibi. Panor. Fallit hoc in tribus caſibus. Primus quando aliquid eſt pluribus commune non ut collegiatis, ſed ut ſingulis, quia tunc nõ ualet qđ fit a maiori parte, ſed oportet conſentiant ſinguli. ff.de ſerui.ruſti.prædio.l. per fundum.[f] de conſtitu. capitulo cum omnes in glo. Secundus quando maior pars capituli delinquit, & propterea eſt priuata poteſtate ſua, ut in c.bone memoriæ[g] el.1.& capitu. cum nobis, de electio. cum ſi.& c.gratum. de poſtu. præla. quia tunc tota poteſtas capituli reſidet in maiori parte quæ non deliquit nota.Pan. in c.1. in glo. in uer. rationabiliter de his quæ fi. a maio.parte. Tertius in electione Romani Pontificis, ubi oportet quod duæ partes conſentiant.cap. licet, de electio.

4 Sed quæ dicitur maior pars capituli & ſanior. ℞.

hoc.c.poſſeſſiones.16.q. 1.ubi eccleſia pt pauperi concedere uſumfructũ alicuius poſſeſſionis. Quare dẽt eccleſia bona ſua cõicare pauperibus. 16. q. 1.c.fi.

a Fratri nr̃o] Vide glo.ordi. in ca. 1.de reli. & ue.ſan.lib.6. & Pan. in d.c. uenerabili notabiliter dicit licite fratres poſſe intercedere pro canonizatione cũ fratres ſui & multa alia ad proportionem.

b Solennes] Et facit, c.2. de reli.& uend. ſan. Vbi reliquiæ denuo inuentæ non debent publicæ uenerari.

c Quod non] Et facit tex.d.c.1. Ibi non liceat uobis ipſum ꝓ ſancto abſque autoritate Ro. eccleſiæ uenerari ẽt ſi feciſſet miracula, rõ ẽ qa ẽt p malos aliquando fiũt miracula, ut arte magica, ut Simon magus. Vide Pan.in d. cap.1.

d Tragediarũ] Vide glo. in d. c.cantantes.

e Quod ſic] Cõcor.Pa. in c.his quæ.de maior. & obedientia.

f L.per fundũ] Nam ibi, ius eũdi per fundum non acquiritur niſi ab omnib. cõcedatur hoc tamẽ fallit qñ unus ex ſociis uellet deputare rẽ ad uſum deſtinatum, puta inferre mortuũ in ſepulchrum. §. religioſum. uer.in cõe uero ſepulchrũ. inſt. de re.diui. pcedit ẽt hoc dictũ in re cõpetenti pluribus iure ſingulari, ſecus ſi cõpetit iure eccleſiæ, licet cõpetat ſingulis exẽplũ in pbendis quę cõpetũt ſingulis canonicis non ut collegiũ tñ cõpetũt iure eccleſiæ, ſup his .n. poterit maior pars capituli ſtatuere deputando aliquid ad uſum pium tex. eſt ſing.in c. fi.de his quæ fiũt a ma. par. c. Quod intelligit qñ diſponũt ſup redditibus ſuperfluis, quia tũc proprie diſponunt de re ad uſum deſtinatum.fallit ẽt fauore liberationis, nã tunc ualet quod fecit maior pars, ut l.maiorẽ. ff. de pact. & l. fi. C.qui bo.cede. poſ. Itẽ fallit fauore litiũ dirimendarũ, nã ualet ſententia duorũ ex tribus iudicibus ſeu arbitris, & tamen non habent ius iudicandi, ut collegiũ, ut no.in c.prudentiã. de officio de lega. ad hæc ca. fi.de re iud. & in l.duo ex tribus. ff.de arbi.

g C. bonę memorię] Nã ibi ſm unũ intellectũ deliquerũt per

per metus impreſsionẽ &electum ſinendo adminiſtrare.

a Spiritualis qualitas]Qualitas ut lumen lux calor &c.

b Nõ eſt paſſio] ſcilicet amor uel odiũ timiditas &c.

c Specie qualitatis]Vt uirtus uitiũ grãmatica &c.

d In fi.] diſpoſitio autem eſt qualitas de facili mobilis a ſubiecto nõ ſic habitus, uñ qa diſpoſitio & habitus ſunt in prima ſpecie qualitatis &c. dicit ꝙ accipitur hic iſtæ caracter ꝙ ſit diſpoſitio quę facit animã mobilẽ.i.diſpoſitã ad gratiã multimodę, ſiue illa diſpoſitio ſit fides, ſiue contritio &c. Vtrũ aũt ſit ĩ prima ſpecie qualitatis,uel 2.uel 4. uide Scot. in 4. di.6.q.10.idem tenet Sco.in 4. diſt.6.q.11.

e Cautelã]Et detinere aliquem ne ſe ꝑcipitet vł aliud malũ faciat eſt bonũ. Nã & deus aliqñ cohibet peccatores ordine ſuæ ſapientiæ ne poſſit mala implere.Iob. 5. Qui diſſipat cogitatiões malignorũ ne poſſint implere manus eorũ quod cæperant. Quandoque etiam permittit ſimpliciter.

Mo.ꝙ illa quæ nititur maiori rationi & pietati. 9.diſtin. ſane quippe, præſumitur tamen ſemper pro maiori parte,& illi ſtatur niſi contrariũ probetur.61.diſt.nullus & d. c,1. de ele. dudũ.el. r. Multa tangunt doc.de poteſtate capituli in d.ca.cum olim quæ non pertinent confeſſorib. uide ibi.

CARACTER quid eſt.℞. ſanctus Bona.in 3.diſ. 6.q.1.primę partis.ſm cõmunem opi. eſt quædam ſpiritualis [a] qualitas animæ. Vñ non eſt paſsio [b] uel potentia animę, immo eſt habitus in prima ſpecie [c] qualitatis accipiendo communiter habitum prout cõprehendit omnem qualitatem animam diſponentem ſiue facile mobilem ſiue perfectam, ſiue imperfectam. Vnde dicitur habitus quia eſt perpetuus & quia non perficit,ſed ad ulteriorem perfectionem diſponit.i.ad gratiam poteſt dici diſpoſitio.[d]

1 Ad quid datur. ℞. ſanctus Bo.ubi ſupra q.2.ꝙ ad quatuor.Primo ad ſignificandũ. Secundo ad diſponendum. Tertio ad aſsimilandum. Quarto ad diſtinguendum. Nam cum ſit ſignum ſacramentale ſignat gratiam gratum facientem, nec ſolum ſignat,ſed diſponit ad eam;qa uſus ſacramentorum nõ eſt tantum in ſignificando, ſed etiam in diſponendo, & qa diſponit ad gratiam habet aliquam ſimilitudinem cũ gratia quę ẽ ſimilitudo dei. Ideo aliquo modo cum ſignatur deo, & quia omnes configurat deo,& ſic uni aſſimilat gregem domini inter ſe, & ſic diſtinguit ab his qui non ſunt de grege domini,uel etiam quia diſtinctionem facit in eo de grege ſecundum aliam & aliam rõnem aſsimilandi.

2 Vtrum imprimatur in omnibus ſacramẽtis.℞.S.Bona.ubi ſupra quæſt. 4. ꝙ non,niſi tantum in tribus ſacramẽtis. Primo in baptiſmo in quo fides gignitur, & diſtinguit populus infidelis a fideli. Secundo in cõfirmatione in qua fides roboratur & homo ut pugil ad pugnandum ungitur,&ab infirmis diſcernitur. Tertio in ordine in quo uirtus multimoda datur & homo ut ſanctus ad miniſterium templi a laico ſeparatur.

3 Vtrum ſit indelebilis.℞.San. Bo.ubi ſupra q.5.ꝙ ſic.Ratio eſt ex parte cauſæ uoluntariæ,ſcilicet dei imprimentis & ex parte ſubiecti non eſt principaliter in affectiua quæ maxime uertibilis eſt, ſed in tota imagine & principaliter in cognitiua quia imago principaliter conſiſtit in cognitiua,ut dicitur in libro,de ſpiritu & anima,tum ex parte finis quia nõ datur ad actum alicuius uirtutis uel ſciẽtiæ ſed ad actũ diſtinguendi

CARCER Vtrum quis poſsit ſe includi facere in arcto carcere ad pœnitẽtiã peragẽdũ.℞.Pa.in c.ueniens.de reg.ꝙ ſic ex illo.c.& c.quæ uere,16.q.1.art.3.

1 Vtrum liceat incarcerare aliquẽ. ℞. ꝙ ſic ſm ordinem iuſtitiæ, ſcilicet aut in pœnam aut in cautelam. [e] Et hoc pertinet ad eum qui uniuerſaliter habet de actibus & eius uita diſponere, alius non poteſt niſi ad horã ne aliquod peccatum faciat uel ut iudici repræſentet ſecundum Tho.2.2.q.75.

2 Vtrum cedens bonis poſsit incarcerari ꝓ debito. ℞.ꝙnon. Nam ut tenet Pan. in c.lator.de pig.non poteſt quis etiam per pactũ ſe obligare carcerari pro debito renuntiãdo beneficio ceſsionis bonorum, quia eſt contra bonos mores. Idem tenet Dynus. per. §. eleganter. l. alia cauſa.ff.ſoluto matri.& Richar.allegat glo. in authen. immo. C.de act. & ob. & putat uerum Bar.in d.§. eleganter niſi in duobus caſibus. Primus ſi alienauit omnia ſua bona in fraudem creditorum caſus eſt ĩ l.fi.ff. de his quę in frau. cre.ꝙ tenet Dyn. in §. ſi quis in fraudem inſtitu.de actio. Secundus ſi debitor tempore quo contraxit ſciebat ſe non ſoluendo eſſe, ut ff.de iure do. l. pe. Nam in iſtis duobus caſibus non dabitur ſibi beneficium ceſsionis bonorum. Et placet mihi iſta opin.

opin. quia equa & ſequenda in conſcientia, licet alii contrarium teneant, quòd ſcilicet poſsit incarcerari ſimpliciter.[a] Adde etiam ꝙ teneri facere aliquem in carcere pro debito. aliquando eſt cõtra ꝑceptũ charitatis ꝓxi mi, ut puta quando in nulla culpa eſt de dãno proximi: & non habeat unde ſatisfaciat ipſe, nec ſperat ꝙ aliquis ꝓ eo ſit ſatisfacturus. ſecus ſi fuit in culpa, q͂a tũc ad pœnã poſſet detineri[b] qđ bene no.

3 Vtrum incarcerãs aliquẽ iniuſtæ teneatur. ℞. ꝙ ſiue ſit iudex ſiue nõ, tenetur de omni damno ei dato ad reſtitutionem, & etiã de iniuria ſibi ſatifacere, arg. c. pœnale.[c] cũ ibi no. 14. q. 5. & quicunque[d] priuatus aliquẽ incarcerauerit etiã pro manifeſto crimine capite puniẽ de iure ciuili, ut C. de coarta. l. oẽs. libro 12. committit enim crimen lęſę maieſtatis. & ultimo ſupplicio puniẽ q̃ſquis hebet carcerem ad detinendũ aliquẽ, ut C. de priua. car. l. unica.[e] Verum intelligit gl. ſ. publice accuſatũ. Secus ſi ad detinendum proprios ſeruos ne fugiant. ſecundum glo. ibidem.

4 Vtrum ille qui iurauit redire ad carcerẽ teneaẽ. ℞. Pa. in ca. ſi uero de iureiu. ꝙ ſic. ẽt ſi ſit ſibi periculum mortis, dummodo carcer[f] non

a Incarcerari ſimplr.] Vide not. in ca. cum contingat. de iureiurã. & Spe. in ti. de renũ. §. 1. uer. itẽ eſt beneficium &c.

b Poſſet detineri. Vtrũ autem debitor poſsit capi & incarcerari Pa. in c. lator. de pigno. poſt Io. And. allegat Bar. in l. cum eo. ff. ad l. iuliam pe. & diſtĩguit ſic ꝙ aut quæriẽ an poſsit capi a priuato. & dicit quòd regulariter nõ l. nõ & ſingulis. ff. đ regu. iur. fallit ſi debitor fugeret & non haberet in loco ubi poſſet ſibi ſatisfacere. l. ait prætor. §. debitorẽ. ff. de his q̃ in frau. cre. & ibi no. Et an idẽ procedat in clerico debitore, ut ſic poſsit capi ſine metu excõicationis. dic ut ꝑ Pan. in ca. cum non ab homine de iudi. ſecundo fallit in crimine, nam in eo deprehenſum poſſum capere nõ ut detineam niſi per ſpacium a lege præfinitum. l. nullus. C. de iude. l. una. C. de rap. uir. & l. in ſeruitute. ff. de fur. ut ſcilicet deducã ad iudicẽ. aliq̃ hoc reſtringunt ubi uenit imponenda pœna corporis & eſt equum ſecundo aut autoritate iudicis. Dic ꝙ pro crimine põt iudex regulariter facere quẽ capi, etiã ſi ſit clericus dummõ de mãdato ſui ꝑlati. c. ut fame. de ſen. excõ. no. in l. plerique. ff. de inius uocan. Pro debito uero dic, ꝙ aut eſt debitum fiſcale & poteſt facere aliquẽ capi. d. l. cũ eo. non tamen ut detineatur in carcere niſi perſeueret in contumacia. l. nemo. C. de exa. tribun. li. 10. pro debito uero priuato cõclude ꝙ quis regulariter non debet capi & carcerari niſi prius cõdẽneẽ & nolit cedere bonis l. 1. C. q̃ bo. ce. poſ. Et puto quod licet q̃ ſit condẽnatus ꝓ debito nõ debet iudex eũ incontinenti uinculare, ſed primo executionem in bonis facere. l. a diuo pio. ff. de iudi. Fallit q̃n eſt ſuſpectus de fuga, & dubitatur utrum bona ſint ſufficientia. ut le. & no. in l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpec. tut. Fallit etiã quando nõdum uenit dies ſolutionis & debitor eſt ſuſpectus de fuga. tũc põt incarcerari ut aſſecuret uel det pignora. l. ſi fideiuſor. ff. qui ſatiſda. cog. & l. in bonefidei. ff. de iudi. quod intelligo quãdo ſuſpicio fuge accidit poſt cõtractũ. alias ſibi imputabitur. Si ante Pan. in c. 1. de loca.

c C. pœnale] Vult dicere, ſicut uiſibiliter eripere eſt maius peccatũ q̃ furtũ. Sic q̃ tenet aliquẽ in carcere iniuſtæ cõmittit rapinã. ideo tenet ei de oi damno.

d Et quicunque] Sunt quidam priuati, qui habent ius capiendi & detinendi, ut dñs ſeruum & pater filium. ut l. 1. & 2. C. de pat. pote. & ff. de li. ho. exhi. l. 3. §. 1. & 2. Et iſti ſine dubio priuatum carcerem non committunt. tangitur in l. 1. C. de priua. car. Quidam ſunt qui habent ius capiendi, non tamen detinendi, & iſti committunt carcerem priuatum, ſi ultra 20. horas detineãt. caſus eſt i l. capite. v. & ibi Bar. ff. de adul. Et quod no. per gl. in c. cum non ab homine. de iudic. unde ſi aliquis capit falſificatorem monetæ ex forma. l. 1. C. de fal. mo. vel ſi caperet furẽ ex forma. l. itaque. ff. ad l. Aq. & l. ſi quis ĩ ſeruitute. ff. đ fur. Et ſimilibus caſibus nõ poteſt detinere ultra 20. horas. alias diceretur committere priuatum carcerem. Idem dicẽdum de his qui capiunt debitorẽ fugientem. ut l. ait prætor. §. ſi debitore. ff. quæ in frau. credi. facit quod no. inſti. de act. in prin. ut patet ſaltem per priuilegia. Et quidam ſunt qui nõ habent ius capiendi, nec detinendi. Et tunc aduertendum eſt ob quã cauſam capiant, ſi enim capiunt uulnerant & occidunt incontinenti, inſpicimus ſolum illud delictum propter quod capiebant. l. illud. ff. ad l. Aquil. Sed ſi ex interuallo occiderunt, tenentur de utroque delicto. de priuato. ſ. carcere, & de occiſo. l. nunquam. ff. de priua. delic. tamẽ ſi quis caperet bannitum qui poteſt impune offendi in priuato carcere, non committeret priuatum carcerem. Ita Bal. in d. l. 1. C. de priua. car. Quod autem de detinente mulierem in carcere cauſa libidinis, nunquid dicatur committere priuatum carcerem Reſpondeo ꝙ ſi eſt meretrix non, ſecus ſi mulier libera & honeſta ſit, quia ſi detineret per 20. horas teneretur. Ita Bar. in l. uerum. ff. de furt. Quanquam credendum ſit, ꝙ alia pœna teneretur, ſcilicet de plagio. &c. Vtrum autem tenere aliquem in priuato carcere ſit offenſa in perſonam. Dic ut per Inn. in c. nuper. de ſen. excom. uide Ro. in l. licitatio. §. ꝙ illicite. ff. de publ. Bar. & Bald. in l. ſi qua per calumniam. C. de epi. & cle. Et ꝙ ſic habetur caſus in c. 1. §. ſi quis aliquem. cum. §. ſequ. de pace tenen.

e l. Vnica] No. illum tex. contra non corrigentes exceſſus ſubditorum. Ad idem. l. 2. C. de commer. & merca. & l. 3. C. de ſepul. uio.

f Carcer] Quando aliquis detinetur in carcere. an poſsit fugere. Vide infra in uerſi. fugere. §. 1. & 2. & Bar. in l. relegatis. ff. de pe. & in l. uis ciui. C. de probatio. Et Roma. in l. admonendi. de iureiur.

Dicit tamẽ tex. in l. cos. ff. de cust.reo. ꝙ frãgens carcerem & aufugiẽs habetur pro confesso & punitur licet sit inocẽs ac si deliq̃sset. Sed hoc iure fori & non poli.

a Iniuriosus] Tunc enim dicitur iniuriosus quando iniuste detinetur. Et sic no. ꝙ ubicũque iuramentũ uergit in interitum uel dispendium uel cõtra salutem corporis non est seruãdum, ut no. & Pan. ĩ c.si uero. de iureiur. De quo tamen infra iuramentum.§.7.

b Redire] Vide Pa.in c.sicut el 3.de iureiur.

c Nisi ad hoc detineat̃] Pone exẽplum. Quis posuit mulierẽ ĩ carcere ut cũ alio contraheret matrimonium, uel uenderet aliquid qa non ualet.

d Iuxta no. in c.dominus] Nã ibi no. ꝙ positus in carcere põt matrimonium contrahere, ergo multo fortius alios contractus facere. ut ibi per Pa.

e Qui custoditur] Ex quo no. ꝙ is qui tenetur aliquem restituere libertati non liberatur simpliciter ab obligatione relaxãdo ĩ suo territorio, cum posset faciliter capi, sed oportet ut sit in loco securo. uide tex.no.in l.liboronis.cum seq. de uerb.sig. ar. c.fi.d rest.spol.

f L.3.]C.de epi. au. No.illũ pulcherrimum & moralissimum tex.ubi dicitur ꝙ ĩ diebus paschalibus nõ debent captiui in carcere detineri nisi ꝓ crimine enormi. Fallit etiam in eo qui est assuetus male facere. ꝑ text. ibi. Vbi Bar.no.ꝙ si statuto caueat̃ ꝙ incarceratus in die ueneris sancta debeat excarcerari ꝙ si fuit semel extractus & postea iterum incarceratus pro eadem causa ꝙ nõ dẽt excarcerari.per d.l.3. ĩ fi. Et intelligit Bar. ꝙ incarcerati nõ debeant extrahi ut uideant solẽ sed ut sint liberi, licet consuetudo habeat in cõtrariũ ẽm eum.

g Ex mero officio] Factis tamẽ prius bãnis ẽm eundẽ Bar. & sic fecit Bar. pluries fieri.

h Affectio]Vel est amor uel dilectio. ẽm magistrum.

i Ex charitate] Hoc dicer̃ verũ habitus charitatis ĩclinetur ut diligatur Deus super oĩa. nam ẽm Sco.in 1.di. 17. non solum charitatis ẽ habitus sed ẽt inclinat ad determinatos actus. Quod

sit iniuriosus.[a] de quo dicit glo.sing.in cle.pastoralis. in uerbo per uiolẽtã iniuriam. de re iudi. ꝙ nõ tenetur tunc redire.[b]

5 Vtrum contractus gesti ꝑ incarceratum ualeant.℞.Pa. in ca.accedens. de procur.ꝙ detentus in carcere publico & iuste si est damnatus pœna capitali nõ ualent,qa est effectus seruus pœnæ & bona sua ueniũt ad succedẽtes ab intestato,nisi in crimine lęsę maiestatis.ut in aut. bona dãnatorũ.C.de bo.dã.unde etiam nõ potest disponere ad pias causas ẽm Io. An.in ca.2.de usu.li.6.Si nõ est sic dãnatus ualẽt.ut no.in l.qui in carcerẽ.ff.qđ me.cau. etiam cũ eo qui eum fecit detinere,ut dicit Bart.ibidem. Aut detinet̃ in carcere iniurioso,& sic cũ illo qui eũ tenet̃ non ualent, sed debent rescindi actione quod metus causa. d.l.qui in carcerem. Cum alio autem ualent nisi ad hoc detineatur.[c] iuxta no.[d] in c.dominus.de secun. nup. De capto ab hostibus in bello nihil dico,qa hodie ut dixi. s̃. Bellũ non efficit̃ seruus de consuetudine. & ideo ualẽt ꝯ̃ctus ꝑ eũ facti,licet secus sit de iure. ut in l eius qui in princ.ff.de testa.& in l. diuus. ff. de iure fi.& no.ẽm eũdẽ Pa. ubi.s̃.ꝙ non dicitur liberatus a carcere qui custoditur.[e] & ideo oportet sit in loco tuto, ut no.Bar.ĩ d.l qui in carcerem contra practicã illorum qui educunt aliquem de carcere & custodit̃ ibi per familiam.

6 No.ꝙ iudex debet uisitare carceratos & facere ꝙ habeant necessaria,ut C.de episco.audien.[f] l.3.& potest liberare eum quem uidet ad nullius instantiam uel sine delicto aut causa debita detentum ex mero[g] officio.ut not.Barto.in l. si quis uxori. §.si fugitiuũ ff.de fur.

CHARITAS est secundũ Aug.rectissima animi affectio[h] qua diligitur deus proter se,& proximus ꝑpter deũ & idẽ ĩ 3.sen. distinc.27.

1 Vtrum teneatur ex charitate[i] diligere Deum ex toto corde tota anima ex tota mente sicut dr̃ Matt. 22. ℞.s. Bo.in 3.di.27.q.ult.ꝙ nõ per exclusionem affectus extranei. scilicet quod nihil sit in amore nostro nisi deus nec in cogitatione,nec in mente. qa impossibile est sic implere in hac uita. sed per exclusionem affectus contrarij sic tenemur, hoc est ꝙ nihil diligamus supra Deum uel equaliter ipsi Deo.

2 Qui sunt diligendi ex charitate. ℞. ẽm. S.Bo.in 3.dist. 28.ar.1.q 1.& 2.ꝙ summum bonum uel cui summum bonum est natum uniri uel unitur per cognitionem & amorem, hic autem bonum unitur uel participatur ab aliquibus in actu ut in beatis. A quibusdam in habitu, ut in iustis uiatoribus. A quibusdam in potentia solum ut in malis uiatoribus. In q̃busdam nullo modo reducibilis est ad actum ut in damnatis & creaturis irrationabilibus. Primi sunt maxime ex charitate diligendi. Secundi minus quam primi. Tertii minus quam secundi. Quarti nullo modo sunt diligendi ex charitate, quamuis amore quem includit uel imperat charitas inquãtum Dei creaturæ possunt diligi nõ ita quod charitas feratur directe ad ipsos, sed ad Deũ cuius sunt creaturæ.

3 Vtrum sit aliqs ordo charitatis de præcepto. ℞. S. Bonaventura ubi s. q. vlt. ꝙ sic ſm Aug. de doct. Christiana. Et primo super omnia diligendus est Deus. secundo quod nos sumus.[a] tertio ꝙ iuxta nos est scilicet proximus. quarto ꝙ infra nos est, scilicet corpus proprium & corpus proxi.[b] de pœ. dist 2. c. charitas est.

4 Vtrum præfatus ordo attendatur pœnes affectum, & effectum. ℞. s. Bo. ubi s. dist. 9. q. 6. ꝙ attẽdit̃ pœnes utrũq;, sed sciendum ꝙ affectus accipitur aliquãdo pro motu. Et sic est quędam rationalis eligẽtia. est autem iste affectus aliquando a charitate elicitus. s. quo quis optat alteri summũ bonũ, & quantum ad istũ affectũ dẽt esse ordo qa magis mihi quã patri & magis patri[c] quam alij debeo optare uitã eternam. Aliqñ affectus est a charitate imperatus. ut est ille quo quis optat alteri aliquod bonũ temporale quod est ordinatum ad conseruationem naturæ, & sic ſm diuersas conditiones ordo põt pdictus posterari, affectus autẽ qñ accipit̃ nõ pro motu sed pro passione. idem est ꝙ quædã muliebris cõplacẽtia & isto modo minime respicitur a charitatis ordine, qa potius respicit sensualem experiẽtiam quã rationis eligentiam, sicut patet quod plus delectatur qs cum uidet amicum quam de patre absolute. quãuis plus diligat patrem cuius signum est quia plus faceret pro patre. Effectus aũt est triplex. Primus respicit salutẽ animæ, & hũc respicit ordo charitates principaliter. qa primo debeo pcurare salutem meam q̃ proximi & prius patris q̃ extranei. Scd̃s respicit sustentationẽ uitæ. & tũc respicit minus principaliter. qa ſm diuersas conditiones & oportunitates debet homo magis & minus esse beneficus in collatione alicuius temporalis. Tertius est in collatione beneficij ecclesiastici. & tunc minime respicit, qa in talium collatione dignitas meriti solum est attendenda. & parum uel nihil propinquitas sanguinis.

5 Vtrũ hõ teneat̃ ex charitate subire mortem p Xpo. ℞. ſm. s. Bo. ubi s. q. 2. Aut adest necessitas uel ferẽdi iustitiã uel amittendi uitam. & sic q libet teneat̃ magis mori dilecto Deo, q̃ eo offenso uiuere, & hoc dico si datur optio uel ꝙ iustitia deferat̃. uel ꝙ uita perdatur. Addo ꝙ cum quis uidet ꝙ per mortem suam potest fides seruari uel iustitia. & persecutio non est personalis sed uniuersalis, tunc tenetur de præcepto sustinere mortem. unde prælatus tenetur se morti exponere quãdo uidet ꝙ ex fuga sua sequetur dispendium in fide uel in iustitia in ecclesia, & similiter quilibet sicut fecit[d] Tho. cantuariensis. aut adest solũ oportunitas manifestandi diuinã gloriam & edificãdi ecclesiam. Et isto modo est supererogationis non necessitatis ad quam persecutionem nõ omnes tenentur. Si autem homo daret se morti pro Christo, eo ꝙ uitã suam habet exosam, mortalissime peccaret.

6 Vtrum homo existens in charitate teneatur ad perfectionẽ. ℞. ſm sanctum Bo. ubi s. q. 3. quod v. modis obligat̃ quis ad aliquid. Primo pp diuinũ mandatũ, & sic nõ magis obligat̃ q̃ alij nisi ex equo, qa maiorẽ grãm habet. Scd̃o obligat̃ pp uotum emissum. & sic solum qui fecit tenetur, non q non fecit. Tertio pp susceptum officium, & sic qlibet tenetur ad illam perfectionẽ quę requiritur necessario ad illud officiũ sicut in prælato regimẽ subditorũ. Quarto pp uitandũ scãdalũ unde tũc teneẽ ad opera exemplorũ qñ aliter scandalũ sequeret̃. Quinto pp conscíæ iudiciũ qđ dictat de necessitate fiendũ.

7 Vtrum

a Quod nos sumus] Nota ꝙ quis uere seipsum diligit si quinque sunt ĩ eo. q́ sũt ppria amicitiæ secundũ philosophũ 9. Ethi. Nã unusqsque uult amicum suũ esse & uiuere. Secundo uult ei bona. Tertio opat̃ bona ad ipsum. Quarto conuiuit ei delectabiliter. Quinto concordat tum eo. unde eisdem đlectationibus delectatur & cõtristatur. Tho. 2. 2. q. 25. art. 7.

b Corpus proximi] Vide. s. Tho. secũda. 2. q. 25 ar. fi.

c Magis patri] Inquit & Tho. secunda secundæ. q. 26. arti. 6. & se. ꝙ ex quo Deus est obiectũ dilectionis, quanto quis est Deo ppinqor, tanto maius debemus ei uelle bonum ex charitate, qa licet unum bonũ sit quod uult charitas omnibus, s. uita eterna, secundum tñ qđ habet diuersos scd̃m diuersas beatitudines pticipationes debet quis uelle Dei iustitiã seruari, ſm quam meliores perfectius beatitudinem, participãt & ista attẽdunt̃ ſm spẽm dilectionis, ex quo sũt diuersæ species dilectionis. Intentio aũt dilectionis attendenda est per respectum ad ipsum hominem, q intensius diligit propíquos, tũ qa sunt amici, intensiori affectu, tum quia diuersa mouẽt ad eorum dilectionẽ, puta qa non solũ proximus, sed etiã cõsanguineus uel cõciuis &c. Ex his possent solui diuersa quæsita. quis sit magis diligendus, an pr̃ an mr̃, an frater an soror & sic de singulis.

d Sicut fecit T.] De hoc mouetur qõ a sancto Tho. 2. 2. q̃stio. 185. arti. 5. Et a Nic. đ ly. super Io. 10. c. uid̃ ibi.

7 Vtrum charitas semel habita possit amitti in uia. [a] R. ſm communiter doct. in 3. distin. 27. ꝙ sic, & aliter tenere esset erroneũ, quia charitas non tollit uertibilitatẽ arbitrii. 1. Cor. 10. tu qui stas uide ne cadas.

8 Quomodo amittitur. Respond. per peccatum mortale solum per quod uoluntas auertitur a deo. [b] unde August. super ge. libro. 8. dicit quod homo deo præsente sibi illuminatur per charitatem, absente uero continue tenebratur, a quo non locorum interuallis sed uoluntatis auersione discedi-tur.

9 Quomodo recuperatur. Respon. quòd per potẽtiam quæ tollit auersionem illã. Vnde Aug. li. 5. confes. Pœnitentia est quædam res optima & perfecta omnes defectus reuocans ad perfectum.

10 Vtrum quis possit scire certitudinaliter in hac uita se habere charitatem. Respon. quòd non eccle. 9. nemo scit utrũ odio uel amore sit dignus. Et ratio una est propter charitatis & dilectionis acquisite similitudinẽ. [c] ut dicit Ger. de amore[d]. Alia propter diuinam dispensationem per quã deus claudit oculos seruorũ suorum ne extollantur. Aliqui tamen dicunt quòd hoc est uerum loquendo de charitate finali pro omni tempore & absolute, sed accipiẽdo pro charitate aliquo modo non potest homo scire certitudine fidei se charitatem habere, puta cum adultus bene dispositus baptizatur, uel quis suscipit sacramentũ pœnitentiæ sine obice peccati mortalis in uolũtate inhærentis. [d]

11 Vtrum opera bona facta extra charitatem ualeant. Respon. quòd non quo ad præmium uitæ eternæ, uel quo ad diminutionem pœnæ debitæ peccatis directæ. sed bene ualent indirectæ. de quo dicam infra. Pœnitentia. §. 14. & satisfactio. §. 6.

12 Vtrum bona facta in charitate & per peccatum mortale mortificata reuiuiscant per ueram pœnitentiam. Respon. quòd sic communiter secundum Theologos, in 4. dist 23.

CASTITAS etiam inuenitur in matrimoniali coniugio. tex. notabilis est in capitul. Nicena. & capit. aliter 31. distinct. & ar. in ca. ut clericorum, de ui. & hone. cle. & gl. in c. quod a te. de cle. coniu. [e]

1 Vtrum mulier quę mortuo uiro cum alio cõtrahit amittat legatum sibi factum sub ista conditione, si castæ uixerit Resp. Bart. in l. mulier §. cum proponeretur. ff. ad Treb. quòd nõ, nisi aliud senserit testator, uel aliud habeat usus loquendi, quia uerba dubia debent in cõtractu intelligi secundum communem opin. facit quod no. idẽ Bar. in l. labeo. ff. de sup. le. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & Innocen. in ca. olim de uer. sig. & gloss. in c. nonnulli. de rescri. quia communis usus loquendi præfertur proprie significationi uerborum in quacunque materia, idem Bar. in l. 5. quæ incipit. Generaliter. C. de secundis nup. ꝙ lucretur tenet & facit ille tex. cum aut. sua. Idem tenet Pa. in d. c. ut clericorum, & addit ꝙ cautę ad

a Admitti in uia] not. tamen ſm Tho. 2. 2. q. 24. ꝙ tripliciter possumus cõsiderare charitatẽ uno mõ ex parte spiritussancti mouentis animã ad diligendum deum. Nam spiritussanctus ꝑ charitatem habitat in nobis, & ex hac parte charitas habet impeccabilitatem ex uirtute spiritussancti, qui infallibiliter operat quodcũque uoluerit. Vndę impossibile est hæc duo uera esse, ꝙ spiritussanctus uelit aliquem mouere ad actum charitatis, & ꝙ ipse peccãdo charitatem amittat. Secũdo modo põt cõsiderari charitas scdm propriã rõnẽ. & sic charitas non põt nisi illud quod pertinet ad rõnem charitatis, vñ nullo mõ charitas põt peccare, sicut nec calor infrigidare nec iniusticia benefacere. Tertio modo põt cõsiderari charitas ex parte subiecti, quod ẽ uertibile ſm arbitrii libertatem. Et quia in uia liberũ arbitriũ est uertibile ad bonũ & ad malũ charitas põt amitti. Secus i beatis, q̃a habẽt liberũ arbitriũ in bono cõfirmatũ, iõ non pñt peccare. Et ex his soluuntur multæ autoritates hic idead ductis. d pe. di. 2. per totum.

b A Deo] Nam simul gehenna & uita eterna stare non possunt sed pctõ mortali debẽt mors eterna. Rom. 6. Stipendia peccati mors Charitati aũt felicitas igit &c. Vñ Hie. ꝯ Ioui. Quę cõicatio lucis & tenebre? xp̃i & belial, qm̃ sicut dies & nox misceri nequeunt, sic iusticia & iniquitas peccatũ & bona operõ, xp̃s & antixp̃s &c. bñ forte uerum est ꝙ ꝑfectus gradatim disponitur ad peccatũ, & sic ad amissionẽ charitatis. ut puta per aliquã negligẽtiã uel peccatũ ueniale &c.

c Similitudinẽ] Vide Sco. i 1. di. 7.

d Inhærentis] Et ꝓ hoc Sco. i 4. distin. 14. & 17. Vbi dicit ꝙ uia pniæ sacramentalis est securior & certior ad acquirendam gratiã, & uidẽ 10. signa quib. quisque põt coniecturari se habere charitatẽ ꝑ archiepi. Flo. 4. parte tit. 6. c. 2. §. 7.

e De cle. cõiu.] Quæro testator legat uxori sue omni anno decem saccos frumenti donec honeste

dat si castæ uixerit & in uiduitate, [a] uide pro hoc qđ legitur in l.unica.C.si secun. nup. limitat Ange. [b] in aut. qūo opor. episco. §. hic de deo, uerum si nubat tantum semel per tex. in l. boues. §. hoc sermone. ff.de uerb.sig. per quem tex. dicit ꝙ si quis reliquit sua bona pro maritandis mulieribus indistinctæ ꝙ intelligetur solum de mulieribus prima uel secunda uice contrahentibus, non de tertio nubentibus. Similiter dicit idem Ange. idem ꝙ si prædicta uerba castæ uixerit proferuntur a lege sic lucratur legatum ēt transeundo, ad secūda uota, quia oēs nuptiæ sunt honestæ, sed si proferantur a marito filio uel eius hęrede, qui lædūtur per transitū ad secunda uota sic perdet, si autem proferantur ab aliis puta a consanguineis uxoris aut extraneis, sic non perdet per scđa uota, sed bene transeundo ad tertia connubia.

CASTRATVS utrū possit ordinari. Vide ĩ. corpore uiciatus.§.1.

3 Sed q̃ro an alia consuetudo posit esse rõnabilis quæ sit ꝯ̃ legẽ Dei & naturalem. R. Pa. ubi s̃. q ꝑcepta Dei q̃dam sunt moralia. ut puta q mores instituunt & informant, sicut nõ occides & honora p̃rem tuũ & hmõi, & in istis põt cõsuetudo distinguere & limitare & augere, si rõ naturalis suadet nec ẽ pctm̃, qa p̃sumendũ est ipm Deum sic uoluisse cum noluerit oẽs casus distiguere sed dederit regulas & ptãtẽ uicario suo. 24. q. 1. quodcunq; ligaueris, sed ubi ratio nulla naturalis suggerit ius diuinũ distiguere seu limitare nulla lex põt & minus consuetudo & eam faciens dr̃ errare & sic intellige tex. in c. sunt quidam. 25. q. 1. Quædam sunt præcepta mistica. i figuralia & istorũ quædã sacr̃alia de qbus poterat rõ reddi ad lr̃am, ut de circuncisione & de purificatione post partum mulieris. Quędam uero cerimonialia de qbus rõ reddi nõ poterat, quo ad literã, sed solũ quo ad intellectum, ut nõ arabis cum boue & asino. & hmõi. Item quędam iudicialia sunt quæ non obligant hodie, nisi ẽm q dicam ĩ. Decimæ. §. 1. & ꝯ̃ ista ualet consuetudo.

4 Scđm qđ requiritur est q mores & actus hominum ꝑ quos introducit̃ consuetudo solum, ut d. l. de quibus sint tales, q ꝑbab... arguant consensum populi illius qui potest facere consuetudinem d. l. de quibus.

5 Sed qũo possum p̃sumere de consensu populi uolentis introducere consuetudinem R. quod actus aut procedunt a superiori ... sunt actus iudiciales tunc si cõsensus populi accedat a principio uel ex postfacto tacite & sint frequẽtati ita quod saltem sint duæ sententiæ & lapsus tpis si p̃sum... consuetudo qa hñt aptitudinem ad consuetudinem inducendam. ff. de inoffi. testa. l. nam ... his.[d] & ff. ad Sil. l. 1. §. eodem[e] aũt ... uero tales actus non sunt iudiciales ut ... dere, locare, & hmõi aut actus priuati ... est uidere in porticibus super uiam pu... tunc non sufficiũt duo actus, sed requiritur frequẽtia & multitudo actuum ita q totus populus

...ere, quia oẽs pñt ꝑ tacitũ cõsensum, quod etiã pñt per expressum. Sed populi pñt facere statuta p. l. oẽs populi. đ iusti. & iu. ergo & cõsuetudinem. Intellige ergo quod hic dr̃. Qui põt facere legem. s. municipalem, ut populi uel coẽm & gñalẽ ut princeps uel papa.

a Vt not.] In gl. magna circa mediũ quæ dicit canõ considerat utilitatem animæ.

b Expediũtur] Et si patet q unum & idem põt esse bonum & minus bonũ diuersis respectibus ut nubere & non nubere. Quæ reseruata pricipi ui de Bald. in l. 1. C. de iure aure. anu. & in l. rescripta. c. si contra ius uel uti. publicam.

c Sint duo] Bar. in repe. l. đ qbus in 5. col. uersi. 1. uideamus dicit q ad minus duo actus requĩtur: & qñque plures ex qualitate actuum quã quã & aliq dicant quod arbitrio iudicis eẽt relinquendum. q aũt ꝑ actum duorũ iudiciorum inducatur cõsuetudo tex. in l. cum de cõsuetudine. ff. de legi. Adde ẽm Bar. in lectura. d. l. de qbus q licet actus iudiciales indu-

populus sciat l. sed & ea ff. de legi. & l. nam & impator ibidem. & ff. de insti. ac. l. sed & si pupillus. Item q̃ sint actus taliter publici, & ita notorij ꝯriam cōem opi. do. ut uerisimiliter transierint in noticiā totius populi. d. l. sed & si pupillus. §. præscribere. & rō est quia oportet ut interueniat tacitus cōsensus populi si debet esse consuetudo, quia ex uno actu aguosci non potest quāuis sit notorius, nisi hēat cām successiuam per tempus debitum ad introducendam cōsuetudinē, ut puta si pons[a] edificaretur in publico & haberet cām permanentem. Si milr̃ si bñficiū seculare cōfertur regulari & possidet tpe habili ad consuetudinē efficit regulare, & cōrio. ut in c. cum de beneficio de præben. li. 6. uel nisi appeat de expsso consensu populi uolentis introducere consuetudinē per illum actum sine quo cōsensu nunquam erit cōsuetudo. & licet glo. in c. ita nos[b] 25. q. 2 & in c. cum ecclesia de cā poss. & proprie dicat q̃ binus actus in criminalibus[c] facit consuetudinem, intellige de consuetudine large accepta, non de ista de qua hic.

6 Tertium quod requiritur est ut sit introducta ex certa sententia nō per errorem,[d] qa si talis est error q tollat consensum, non pōt esse consuetudo, quia deficit causa. s. cōsensus populi d. l. de q̃bus.

7 Quartum quod reqritur est q̃ maior pars populi sit usa illa consuetudine. Intellige de maiori pte populi hn̄tis consensum habilem ad faciendū legem, unde pueri mulieres & furiosi & hmōi non computantur in numero, qa non pn̄t cōdere legem. ut in l. 1. ff. de legi. & non solū maior pars sed oportet sint duę partes populi[e] uł collegij ut l. nulli. & in l. plane. ff. qđ cuius. uni. aŕr sicut leges nō pn̄t facere sic nec cōsuetudinem.

8 Quintū qđ requiritur est tp̄s debitū. sed q̄ro q̄tum tp̄s reqrat. R. Pa. in d. c. fi. de consue. q̃ licet uarie sint opi. tñ istud sibi uī q̃ de iure ciuili[f] reqrit tp̄s. 10. an. qa iura requirunt tp̄s longū ad introducēdū cōsuetudinē. C. quæ sit lō. cōsue. in rubro & in nigro. & ar. in l. 2. C. de serui. & longū tp̄s est. 10. an. C. de præs. lon. tem. p totū & in gl. dictæ rubri. C. quæ sit long. consue. & hoc tenet Bar. ĩ d. l. de q̃bus & Cy. in d. l. 2. De iure aūt canonico dic, q̃ aut cōsuetudo est pter ius & sufficit tp̄s. 10. an. facit gl. in c. fi. in uer. consuetudo de consue. li. 6. & in c. consuetudo. 12. di. Limita ſm Inn. in c. cum dilectus de cōsue. nisi ueniret ad d̄trahēdum iuri alicuius ecclæ particularis, quia tunc requiritur tempus debitum ad præscriptionē,[g] secus si esset ꝯ ecclam ulem. sed Pa. in d. c. fi. et idē tp̄s reqrit ꝯ ecclam

a Pons] Nam prohibitum est facere pōtem de una domo ad aliam super strata publica. l. 3. §. tractatū. ff. nequis in loco publico. Sed melius dic q̃ de istis actibus, quot debēt esse, q̃ relinquatur arbitrio iudicis. ſm Bal. l. 3. C. de epi. audi. Bar. in repe. d. l. de quibus. imo. & Pa. in d. c. fi. Et ibi etiam d. Ant. limita tamen uerum esse duos actus facere cōsuetudinē nisi sint facti eo die, q̄m ea quæ fiunt de proximo licet plura sint tamen præsumuntur esse idem, ut not. in l. si conuenerit. ff. de pign. act. præterea sicut pupillus potuisset errare circa unum actū ita circa plures factos eodē die, uel l. antiqui. & l. mulier. C. ad Vell. ita dicit Bar. in d. l. de q̃bus. Et seqtur Ang. ĩ §. ex nō scripto. isti. de iure natu.

b Glo. in c. ita nos] Dicit q̃ ex bino actu uidetur induci consuetudo in criminalibus. l. 3. C. de epis. audi. sed in ciuilibus aut non suffi-ciunt tres, allegat. d. c. cum ecclesia. sed glo. ibi in uersi. triū eporū uidetur dicere q̃ etiam tres actus sufficiunt. sed tu i ita ut dixi hic supra celebrius.

c In criminalibus] Vide ple-ne l. in d. l. de quibus. 3. u. [illegible] canon. questione 7. col.

d Per errorē] De hoc quod hic dicitur fuit opinio gl. in c. fi. de cōsue. qui allegat. l. q̃ non ratione. ff. de legibus. sed Abb. eidem dicit q̃ iste tex. facit in cōtrarium, quia dicitur ibi q̃ si consuetudo fuit per errorem introducta, nō debet extendi ad casum similem. quod est no. Nam licet cōsuetudo alias extendatur ad casum similem si non habet legem in cōtrarium. d. l. de quibus cū ibi no. tamen secus quando consuetudo fuit inducta per errorem, quia tunc in illo casu tantum tenet & nō extenditur ad casum similē. exēplum in q̃busdam locis extat cōsuetudo, q̃ si dn̄s uini apponat manū ad plaustrū q̃ rusticus nō tenetur de periculo, sed hæc consuetudo nō extēdit ad alia liquida, & si in hoc casu suo teneat, ex quo populus illam seruauit credēs forte hoc esse rationabile. Vide tu ad idem. Bal. in d. l. de q̃bus in 6. col. & 5. oppositi.

e Duæ partes] Quantū ad populum q̃ uult introducere cōsuetudinem & sit maior pars collegii. Bar. in d. l. de q̃bus in lectura dicit q̃ una pars ciuitatis pōt facere cōsuetudinem, qa eadē nō est partis ad ptem q̃ est totius ad totū. l. q̃ de tota. ff. de rei uendi. Ego credo quòd doctrina Bar. dēt limitari ſm ea q̃ hic dicuntur. unde Ang. in d. l. de q̃bus in 1. col. & Barb. in c. fi. eo. in 52. col.

f De iure ciuili] Intellige etiā si eēt ꝯ ius ciuile ſm Abb. in d. c. fi. Et unde Bal. in d. l. de q̃bus. 18. col. uer. q̄ro ergo. & Ang. ibidē 6. col.

g Ad præscriptionem] Vult dicere q̃ sicut in pscriptione ꝯ ecclam reqritur spaciū. 40 annorum, ita & in cōsuetudine qua detrahitur ecclesiæ particulari.

KK Vniuersalem]

a Vniuersalem] Et ratio est quia nō pōt assignari rō diuersitatis quare magis cōtra ecclesiam uniuersalem inducatur consuetudo. 10. annis, cum non minus debeat priuilegiata quam ecclesia particularis, & bene ſm d. Iaso. in d. l. de qbus. no. etiam ſm Bar. in l. de quibus. in repe. ꝙ quædam sunt iura īducta & disposita, quæ præscriptione tolluntur & in aliū transferuntur, ut est qñ præscribitur dominium & de ista pſcriptione nō loquitur hic. Quædam sunt iura quæ inducuntur per præscriptionem ut est qñ præscribitur seruitus, & hoc mō præscriptio tendit ad inducendū. Et hoc modo etiam cōsuetudo quæ tendit ad inducēdum dicitur præscripta. Idem Pa. in c. fi. ubi etiā reprobat dictū d. Ant. quia nō reperitur iure cautum.

b Si papa scit] Sic uult dicere quod ubi consuetudo induceretur contra ius sciente papa, quod tunc sufficit tēpus. 10. annorū, qa hr̄ cōsensus illius qui pōt legē condere, sed Ab. dicit ibi ꝙ istud dictum iure nō ꝓbatur, sed ꝙ possum ꝓcedere qñ papa sciuisset & usus fuisset illa consuetudine, secus ubi solum pr stat præsentiam, quia tunc nō ualent iuxta illud multa per patientiam toleramus quæ si deducta forent in iudicium exigente iustum non debent tolerari. c. cū iam dudum. de præben. Item quia ista est quasi quædam præscriptio cōtra legem, unī sicut in tali pſcriptione scīa pricipis nō minuit tēpus, ergo nec cōsuetudo.

c Tolerat] Vide quæ scripsi. ꝭ. ieiunium. §. 14.

d Binus actus] Rō est qa hic nō agit de pſcribēdo ꝯ legē, sed de impediendo uinculū, quare pp binum uel trinū actū appret de consensu supioris. ar. l. 3. C. de episco. au. Et gl. in c. ita nos. 25. q. 2. si autē aliqui seruāt in eodē loco, tunc nō seruantes nō uidentur excusari, qa mlta p patiētiā &c. c. cū iādudū. de p...

e Non ualet] Hoc intelligitur quando consuetudo est contra utilitatem priuatam ſm Ab. in d. c. fi.

f Noua causa] Hoc dictū ... attribuit Ab... d. c. fi. & dicit ... hoc excē... in c. 2. de ... sequitur In... ut refert Ge... c. 1. de cōsti... 6. referens ... hoc dictum ... disse. d. Ant...

g Cle. dudum] ... dicit. n. ... ꝙ illa cle. ... improbat con... suetudinē. ... de ea facit m... tionē ut illa... tollat, quia ... nō fuisset ... ta cōsuetud...

h L. ex facto] Vbi si princeps cōcedit pri ... hēt filiū ... ꝙ ei possit ... stituere ... nitus ꝯhe... trimoniū ... bet filiū ... rogatū ... stitutio... sic debet ... pretari ... pis cōcessio... scilicet ... habebat cla... lam derogato... riam. Tu ... distingue ... Ab. in d. c. fi. ... aut lex præ... dit & tūc ... suetudo. ... econtra ... casu si consue... tudo est gnāl... derogat legi gnālr cū limitatione ut hic dum dicit dūmō sit præscripta, aut cōsuetudo est particularis & tunc non tollit legē gnālē. l. 2. C. quæ sit longa consue. sed solū uincit legem ubi consuetudo ... cundo casū. licet Bart. teneat ꝙ cōsuetudo ... per l. 3. ff. de sep. uio. Tn̄ canonistæ hn̄t casum ... rium in d. c. 1. de consti. ubi dr̄ ꝙ lex papæ nō tollit consuetudinem certi loci ꝯriā nisi de ea fiat ... mentio qñquidem papa non præsumatur scire ... consuetudines unde infertur ꝙ si ciuitas ... tutū ꝯ suā cōsuetudinē ꝙ tolleretur illa cōsuetudine ... qa pſumuntur ciues scire suā consuetudinem ... C. mallans]

uniuersalem.[a] Aut consuetudo est ꝯ ius canonicum, & reqritur tēpus 40. an. qa oportet sit pſcripta ut in d. c. fi. & in c. 3. de consue. li. 7. dicit tñ d. Ant. ī d. c. fi. ꝙ si papa scit[b] sufficit tēpus 10. an. quod est sing. si uero consuetudo esset ꝯ ea q̄ reseruata sunt principi in signū specialr priuilegij tunc tā de iure ciuili q̄ canonico reqritur tēpus de cuius initio memoria nō sit, ut est tex. ī c. sup qbusdā. đ uer. sig.

9 Vtrū talis consuetudo tollat legem ꝯriā R. ꝙ sic, si supior scit & tolerat. facit gl ī c. 1. de treu. & pa. & quod ibi no. Gof. unde dicit d. Ant. ꝙ non reqritur alia pſcriptio, quia ex quo supior uidet & tolerat[c] non vr̄ uelle uinculum inijcere. Pa. ibi dicit ꝙ sufficit binus[d] ul' trinus actus ut tollatur. si uero superior ignorat tunc distingue. aut lex ꝯria hēt clausulam derogatoriam ad cōsuetudinem, & non ualet[e] cōsuetudo, qa lex sp loquitur. l. arriani. C. de hære. Et hoc uerum ſm d. Ant. in c. fi. de consue. nisi ex noua causa[f] uel etiam antiqua uerisimilr non cogitata consuetudo induceretur, quā si princeps cogitasset admisisset. ar. l. si hominem. ff. mā. est tex. iuncta gl. in cle. statutum de elec. uel ſm Ge. in c. licet de cōsti. li. 6. nisi lex tñ resisteret ad finem ut consuetudinē pteritam tollat, quod patet qñ nō facit mētionem de ea, nisi ut eam tollat, qñ alr nō tolleret, ut patet in d. c. licet. qa tūc pōt induci noua cōsuetudo. & ita pōt ꝓcedere gl. in cle. statutū đ elec. Propterea tenet Pe. de Peru. in tract. de canonica portione circa fin. ꝙ pōt introduci noua consuetudo ꝯ cle. dudum[g] de sepul. si uero nō habet clausulā derogatoriam, ualet cōsuetudo ꝯ legem. ar. l. ex facto[h] ff. de uulg. & pupil. sub. dūmō sit præscripta quo ad tollēdum ius canonicū, qa quo ad tollendū ius ciuile nō oportet sit pſcripta, sed sufficit tacitus consensus populi, qa seculares hn̄t ius condendi leges ēt. ꝯ legē imꝑatoris ab ipso imꝑatore. l. oēs populi. ff. de iusti. & iu. & ideo pn̄t inducere cōsuetudinē, nō sic est ꝯ ius canonicū. Sed oportet præscripta sit, & non sit tale ius qđ præscribi non possit & ideo qa laici nō pn̄t præscribere spūalia, sic nec cōsuetudinē īducere.

c. massana.[a] de elec. etiam si nō esset memoria de eius initio, ut no. Ioan. An. in c. 2. de præben. li. 6. facit quod dicā. ĵ. mrimonium. 3. impedimento. 17. §. 1. de statuto.

10 Sed pone q̃ lex seu statutum hēt excōicationē annexam in ꝯfacientes, nunquid idem erit ut consuetudo tollat.[b] ℞. ut colligo ex Cardi. in prologo[c] cle. Inn. & Cardi. d. An. & Pa. in c. 1. de treu. & pa. quidam[d] tenent q̃ non excusantur facientes ꝯ, etiā qñ solū esset pręceptiua quia ex quo a principio ligauit ꝯuenientas ad pc̃tm̃ nō tollitur eius dispositio, qa tēpus non est modus tollendæ obligationis. l. obligationū la 2. §. placet. ff. de act. & ob. Sed tu tene q̃ si ꝯrium legis uel statuti non est de se mortale pc̃tm̃ remota lege uel statuto non ligat s̃m qđ. s̃. dixi de lege simplici. & sic tene q̃ nō erunt excōicati facientes ꝯrium, ex quo per binū actum factū est cōtra legislatorem scientem & ualentem cōtradicere & non ꝯdicentem. ubi aūt ignorat requiritur tempus. 10. an. si est ius canonicū uel si est statutū epi. & credo sufficiāt. 10. an. unde ante delinquentes sine rōnabili causa bene ligabūtur & pœna & culpa, sed post nō. Nec obst. q̃ ex quo tales peccauerunt non poterit induci consuetudo, quia successores pn̄t extimare, q̃ ex iusta causa nō seruauerunt. facit tex. in c. cum olim. de cle. coniug. q. ulti. c. cum multæ. ubi loquitur de lege pœnali abrogata per ꝯriam[e] consuetudinem. si uero ex rationabili causa non seruauerunt prædecessores. sic etiā non peccauerunt nec ligati fuerunt. facit quod no. Archi. in c. utinam. 76. dist.

11 Quomodo interrumpitur consuetudo. ℞. Pa. in c. fi. de consue. q̃ si est completa & perfecta, requiritur tempus. 10. annorum.[f] alias nō frangitur etiam per plures alios ꝯrios actus. Si uero non est completa, sufficit unus actus contrarius, ita q̃ de nouo[g] oportet incipiatur. ar. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur.

12 Vtrū ex consuetudine possit introduci, ut exigatur aliquid pro spirituali sine simonia. ℞. Pa. in c. suam de simo. q̃ sic, quando non præcessit exactio, sed ex mera liberalitate & deuotione populi talis cōsuetudo est introducta. facit. c. ad apostolicam. de simo. ubi dicit cōpellendos ad laudabilē cōsuetudinem seruandam. si uero exactio præcedens dedit cām consuetudini, tunc non ualet[h] cum ha

a C. massana] Vbi uult tex. q̃ papa cassat & irritat electionē fiendam per clericos & laicos non obstante aliqua consuetudine.

b Tollat] scilicet legē uel statutum. ut in §. præcede. q. quā dicit fuisse de facto & poterit esse exemplū ī isto §. Eps fecit constitutionem excōicans mulieres portātes p̃las, & a nulla muliere fuit seruata. Quæritur utrum oēs sint excōicati. Et rñdet q̃ si ab aliqua non est recepta, & sic fuit inducta consuetudo contra legem sciente. ꝯ, o, i tunc pœnā non incurrunt. c. in illis. cum se. 4. di. aliās nō usus nihil operaretur ex quo infert quid dicendum de monialibus, quæ clausurani nō receperunt, de qua in c. 1. de sta. reg. li. 6. Circa istam. q. alii sunt modi dicendi, ut refert Abb. in d. c. 1. de treu. & pa. Alii q. distinguebāt q̃ legibus quibus pœna imponit ipso facto non obstat consuetudo cōtraria, quia statim a principio inciderit in pœnā imponendā. Secus si lex dictat pœnam imponendam. Sed hic modus nō placet, ut patet. d. Ant. dicit q̃ aut lex præceptiua emanauit in fauorem priuatum, & potest tolli consuetudine sicut potest tolli pacto & renunciatione. d. l. de quibus. aut emanauit in honorem Dei. aut in fauorem publicū. Et tunc si subditi non seruauerunt superiore sciente & patiente, & tunc talis lex non ligat. Sed secus si ignorat sed contra istud ultimum est tex. in c. fi. de consue. ut patet per induct. Ab. in c. 1. de treu. & Pa. Inn. in rubrica. de treu. & pa. Et sequitur Cald. in d. c. 1. dicit q̃ aut lex præceptiua est talis q̃ eius cōtrarium est in se peccatum mortale. & tolli non potest consuetudine. sicut nec ꝯria lege. alias secus. Tu tamen tene distin. de qua in text. quam etiam tenet Cardi. in d. prohemio in uer. uniuersitati qō. 2.

c In prologo] In uer. uniuersitati. q. 2. ubi quærit

d Quidā] Fuit opi. Hostien. in d. c. 1. de treu. & pa.

e Per ꝯriam] Melius facit qđ no. gl. in d. c. de quarta. de præscrip. q̃ lex pręceptiua non illaqueat sciente superiore & nō contradicente. & facit tex. iuncta glo. in c. 1. 20. dist. sed est etiam gl. no. in c. cum uir. de secun. nup. ī c. uero. cum multæ hr̃, quia olim erat cōstitutū, q̃ filii nati ex coniugio p̃sbyterorum essent serui ecclesiæ, & sic pęna erat inflicta ipso iure. Et tamen ibi dicit glo. q̃ ex non obseruantia ecclesia perdidit illud ius. Et sic patet q̃ quantuncūque lex apponat pęnā ipso facto, tamen contraria consuetudine tolli potest, quia in nō exigendo committitur contra legem, & per non usum tollitur lex s̃m Io. An. in c. Ioānes. de cle. coniug. Et Cy. in l. 2. C. q̄ sit lon. consu.

f Decem annorum] Ibi Abb. in uer. sed quæro circa istam partem dicit q̃ oportet q̃ tollatur eo tēpore & modo quibus fuit introducta, quia iam lex est, & ideo debet tolli tanquam lex &c.

g De nouo] Ratio quia per hoc apparet de tacito consensu populi, q̃ non uelit inducere consuetudinem cum fecerit actum contrarium &c.

h Non ualet] Et placet ista sentētia. tu tñ uide Ro. consi 344. q adē tenet motus p tex. ad apl̃icam. ubi

extra ordinem puniri, uide ẽt Bart. in l. 1. §. 1. ad ſi. ff. de re quir. re. Et apud Gemi. in cap. ſi Papa. 40. di. & Card. in d. clemen. hic all. & uide cap. huic ſedi. 10. 7. di.

a Contentio] S. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 38. ar. 1. dicit contendere eſt contra aliquem tẽdere. vñ ſicut diſcordia contrarietatẽ quãdam importat in uoluntate, ita cõtẽtio in locatione & ꝓpter hoc etiam cum omnino alicuius per cõtraria ſe diffundit uocat̃ cõtẽtio, quæ ponitur unus color rethoricus a Tullio. Qui dicit contentio eſt cum ex grauibus rebus oratio efficit, hoc pacto habet aſſenſio iocunda principia, eadem exitus amariſsimos aufert, cõtrarietas autẽ locutionis põt attendi dupliciter uno mõ quantũ ad intentionẽ contẽdentis alio mõ quantũ ad modum. In intentione quidẽ cõſideratñ. ẽ utrũ aliquis cõtrarietur ueritati, quod eſt uituperabile, vł falſitati, quod eſt laudabile. In modo aũt conſideratñ. ẽ utrũ talis moduscõtrariandi cõueniant, & perſo

Si uero nõ contemnit autoris ptãtem ſed obſeruantiã conſilii ſeu exhortationis & ſic ſolum peccat uenialiter ſi conſilium eſt reuerentiæ, ut puta, quia ſubditus deberet facere tñ prælatus non uult præcipere, ſed potius conſulere. Si uero eſſet neceſsitatis quod prælatus conſulit, licet nolint ꝑcipere forte ꝓpter ſcandalum, ſic peccat mortaliter ut no. in c. ad aures & in c. fin. de temp. or. Si uero conſilium eſt perfectionis nec etiam uenialiter peccat. Et tunc eſt perfectionis, qñ licite poteſt dimittere, ſic no. Arch. 6. diſt. cap. teſtamentum, & 25. di. §. alias. Et ſic intellige glo. & iura quæ allegat in d. c. generali. & ibi Gemi.

CONTENTIO [a] ꝓprie eſt impugnatio ueritatis cum confidentia clamoris ſecundum Ambr. Largo autem modo eſt etiam ſine impugnatione ueritatis, de qua dicitur. 46. di. in prin. nihil eſt impudentius arrogãtia ruſticorum, qui garrulitatem autoritatem putant.

1 Quotuplex eſt contemptio. ℞. ꝗ triplex. Vna emulationis, & hæc eſt de qua infra cor. 1. [b] & quæ hodie eſt in ſecularibus erga docto. quando alium magis laudare uident, contendunt cõtra laudatores. Item circa prædicatores: circa religioſos aut religiones, & licet de ſe non ſit niſi peccatum ueniale, tamen multotiens eueniunt mortalia, puta detractiones, aut aliud malum, iuxta illud ubi eſt zelus & cõtentio ibi inconſtantia, & omne opus prauum. Iaco. 4. Alia ẽ diſputationis & hæc poteſt eſſe mortalis tripliciter. Primo quia eſt ꝯ ueritatem ẽt ſi non fiat cũ inordinato clamore, & hoc intelligo de re alicuius importantiæ, puta ꝯ fidem bonos mores uel pertinentia ad utiles doctrinas & notabiłr. Nam cõtentio q̃ fit inter pueros ẽt ꝯ ueritatem, non vr̃ peccatũ mortale. Scđo qa eſt ꝯ honeſtatẽ, ut puta ita inordinate cõtendẽdo ẽt ꝓ ueritate, ꝙ notabile ſcãdalũ ſequat̃, alias erit ueniale inordinate cõtẽdere de fide, & hmõi. Tertio quia materia eſt ꝓhibita, ſic ut publicæ diſputare & cõtẽdere de fide & hmõi, niſi doctis, & neceſsitate iminẽte, aut contendere in iudicio de eo quod facere tenet̃, ſicut illi qui debent dare ut habeant dilationem ſoluendi contendunt. Alia eſt contentio litigationis & hæc eſt periculoſa ꝑ multa mala quæ ibi immiſcent̃, non tñ ꝓhibita, alias ius canonicũ eẽt dãnandũ, põt tñ eſſe illicita dupłr. Primo rõne iniuſtitię quia ſcient̃ litigat ꝯ iuſticiã, & ſic eſt mortale pctm̃. Secundo rõne ſcandali. ſ. illius a quo petit̃. Et hoc intelligo ſi eſt ſcandalũ puſillorũ non phariſeorum, & tunc eſt phariſeorum quãdo declaratur eis ſua nõ eſſe quæ ab eis petuntur, uel iniuſtam cãm fouere, tñ ex malicia nolunt debitum facere ſed turbãtur & ſcandalizant̃, qa tunc nõ eſt neceſſe deſiſtere ſm no. ĩ §. 1. 14 q. 1. Alexan. autem 2. 2. titulo de contentione. q. 36. ar. 16. dicit. contentio poteſt fieri pluribus de cauſis. Primo cauſa malignitatis ut cum quis uult iniuſte uincere uel animas ſimpliciũ peruertere, & ſic eſt peccatũ mortale, & prohibetur.

nis & negociis, & hoc ẽ laudabile, vñ Tullius dicit in ſecũdo rethorice ꝙ cõtentio eſt quo aliquis ad confirmãdũ & confutandum accõmodata, uel excedat conuenientiã pſonarũ & negociorñ. Et ſi cõtentio eſt uituperabilis ſi ergo accipiat cõtẽtio ſm ꝙ importat ipugnationẽ ueritatis & inordinatũ modũ ſic ẽ peccatũ mortale. Et hoc n. õ diffinit eã An ſn. ut hic. Si autẽ cõtentio dicat̃ ĩpugnatio falſitatis cum debito mõ acrimoniæ, ſic eſt laudabilis, ſi autẽ fiat cũ inordinato modo, ſic põt eſſe pctm̃ ueniale, niſi tãte tanta inordinatio fiat in cõtendẽdo qđ ex hoc gñetur ſcãdalũ aliorum, iſtis ſic đductis facillime intelligere poteris qui hic dĩr. Et in caſib. in quibus eſt peccatũ mortale adducit illud Bal. ulc. ubi contentio numeratur inter opa carnis quæ excludunt a regno Dei. Idem Ad Ro. 1. cap. &c.

b Pri. cor. 1.] Vbi dicitur cõtentiones ſunt inter uos. Hoc autem dico ꝙ unuſquiſque ueſtrum dicit. Ego quidẽ ſum Pauli. Ego uero Apollo &c.

Conten-

2. Thi. 2. Noli contendere uerbis.[a] Si tamen hoc sit in his in quibus nullum est periculum, & ex quædam leuitate non erit mortale peccatũ. Secundo causa necessitatis, & hoc non est peccatum, unde glo super illud Prouer. 3. cap. Non contendas aduersus hominẽ, frustra dicit nõ uetat contentionem contra malefacientem ut corrigatur, quia frustra non fit, sed certa necessitas cogit. Tertio ex causa exercitationis, & hoc non est mortale pctm licet aliqñ cõtingat esse ueniale pctm pp idebitũ modũ. Quarto cã eruditionis & licet. Quinto ex quadã titulatione gloriæ ul honoris, & sic est pctm ueniale, sic fuit Lucæ 22. Facta est cõtẽtio q́s eorũ &c. Sexto ex causa conatus bonæ operationis & hęc pcipitur Lucæ. 13. Contenditæ intrare per angustam portã. Idem Matthæ. 7. cap. & hæc est meritoria.

CONTINVVM est partium inter se non intermissa coniunctio, unitas est sine mixtura.

1 Contigua dicuntur quorum extrema se contingunt 5. Philip. Et ideo est differentia inter continua[b] & contigua, quia continua sine medio cõtigua cum medio stãt no. Gem. in c. unico de consecra. ec. uel alt. lib. 6.

CONTRACTVS[c] Est secundum glo. Ray. in titu. de negotiis secularibus quasi in princi. ultro citroq; obligatio ex uoluntate & pacto surgens partium.

1 Quot modis contrahitur. R. q: 4. modis, re, uerbis, literis, & consensu. institu. de ob. in fi. De quo dic ut infra. Obligatio. §. 3.

2 Quasi contractus autem est obligatio quæ prouenit non ex contractu, uel maleficio, uel quasi, sed quodam medio, sicut quando quis agit negotia alterius sine eius mandato, aut exercet tutelam, uel est curator & huiusmodi, ut insti. de ob. quæ ex quasi cõtract. na. per totum.

3 Quomodo dolus annullet cõtractum uide ĩ. Dolus. §. 8.

4 Vtrũ cõtractus intelligatur geri sm cõsuetudinẽ loci, licet nõ exprimat̃. R. Pan. in c. cũ. M.[d] de cõst. q sic, no. Bar. in l. nemo est qui nesciat ff. de duobus re. stip. facit. s. cõsuetudo. §. 14. & no. q ut dicit gloss in l. si uno anno. in [illegible]

a Contendere uerbis] Et sequitur ad nihilum enim utile est nisi ad subuersionem audientium.

b Continua] Exemplum aqua in uase est uasi contigua, sed in se continua. Continua enim sunt quorum terminus est unus & idem cum contiguũ medio sine medio continuum ut aqua aquæ. Sen. in qo. naturalibus. Continuatum inquit est partium inter se non intermissa coniũctio unitas est sine mensura, contiguatio est duorum coniunctorũ inter se corporũ tractus.

c Contractus] Ad intelligentiam sciendum q contractus ẽ duorũ uel plurium in idem cõsensus, & ponit quandoque pro omni pacto cõuentione uel quasi contractu ut si quis gessit alterius negocia, uel tutelam. De hoc uide Archi. in c. Romana ĩ §. contrahentes de fo. cõpe. in 6. ideoq. dicimus q paciscẽdo [illegible] in unũ [illegible] uoluntates, unũ [illegible] con[illegible] & si [illegible] contractus dicimus q̃ aio obligationis ex contractu nascitur. Et not. quod et aliquæ obligationes dicuntur oriri ex quasi cõtractu in quibus fingitur tacite consensus intercessisse, dato q non intercesserit expresse, ut potest hæres adeundo hæreditatem obligatur creditoribus hæreditariis legatariis, & in pluribus aliis casibus, de quibus infra No. etiam q contractus est nomen iuris quando nascitur obligatio, & est nomen facti quando non nascitur obligatio. l. labeo. §. contractum. ff. de uerbo. signi. Et ita per Bar. sicut [illegible] dicimus in testamento. l. tabularum. ff. quẽadmodum testa. aper. Et secundum alios in auten. sacramenta puberum. C. si aduer. uen. Contractus in suo generali nomine prolatus continet & nominatos & innominatos. glo. in l. iure gentium. ff. de pac. in uerbo. in suo. Bal. no. triplicem esse contractũ scilicet proprium improprium & improprijssimũ, proprius est quando ultro citroque est obligatorius, id est hinc inde ex utraque parte oritur obligatio. l. labeo. §. contractum. ff. de uer. signi. ut in emptione locatione. Secũdus est quãdo solum una psona obligat, ut in donatione, quia solum donans obligatur ad tradendum, & aliquãdo de euictione, ut not. in l. aristo. ff. de do. causa mor. Et in mutuo solũ recipiẽs obligatur ad tantundem restituendũ. l. 2. ff. si cer. pe. Et in stipulatione, qñ solum una pars obligatur, nam tunc non est pprie cõtractus, & ita intellige glo. insti. de di ui. stipu. §. conuentionales, in uer. contrahendarum. Tertius est quando ex nulla parte oritur obligatio, sed potius dissoluitur obligatio facta ut est trãsactio facta nudo pacto ex qua non agitur ante complementum cõditionis. de hoc per Saly. in l. apud acta. C. de transact. ut etiam est liberatio per acceptilationẽ, ut in §. 1. institu. quibus mo. tol. obliga. Et per Bar. in l. ubi pactum. C. de transac.

d Panor. in c. M.] Idem tenet ipse Panor. in ca. 1. de præcariis. Et ibi Barba.

e Notat Bar.] Ibi dicit Bar. q si in studio est consuetudo q doctor possit legere per substitutum, licet hoc non fuerit in contractu deductum, tamen poterit substituere, quia quod habet consuetudo intelligitur appositum in contractu, unde infra substitutio. §. 21. Et facit quod nota. Alexan. consi. 203. 2. uolum. Et adde tex. in l. si prius. §. recte

pla-

potest accipi, uel in se uel in comparatione ad alios amores. In se sic dico ꝙ est parua & maior & maxima, in comparatione ad alios, sic dico ꝙ uendicat sibi dominium in corde quandiu est, nec unquā ibi est nisi sit dña, uñ dico ꝙ ad hoc, ut aliquis habeat charitatē necesse est ꝙ diligat Deū sup oia. Hoc autē est diligere deū sup oia ꝙ pro nullo dāno vel cōmodo uelit offendere Deū. Sic intelligendū est de displicentia contritionis, unde dico ꝙ peccatum debet tantum displicere rōni ꝙ nullo pacto, nullo cōmodo uel incōmodo uelit in ipsum consentire uel cōsensisset qm̄ uoluntas quæ ex aliqua causa consentit in peccatum iusta non est; undè sicut nō oportet habentē charitatem uelle ꝓ Christo mori, sed in casu quo uel oportet amittere charitatem uel uitā, tūc tenetur magis uelle mori pro Xpo quā amittere charitatē, sic in proposito est intelligendū ꝙ nō teneor nunc ꝓ satisfactiōe pcī omnē pœnā sustinere uel recōciliatione, qa Deus non exigit. Et ideo sic ego possum saluari non sustinēdo martyriū, sic possum recōciliari Deo, sine multis doloribus de amissione rerū tēporaliū. Adde ergo ꝙ in casu necessitatis dēt hō potius eligere oēm pœnam q̄ uelle peccare, ꝓter casum uero necessitatis ꝓeligere oēm pœnā est ꝑsūptio uirtutis. Dubitare uero est infirmitatis, quia timor naturalis ualde facit dubitare, & ista dubitatio pōt stare cū charitate. Sed ꝓeligere culpam alicui pœne hoc est ingratis si est cū deliberatione & plena uolūtate, uñ stultitia est & periculū q̄rere hoc ab aliquo in␣mo uel et a seipso, qa hoc est hominē ponere in tentationē, uñ nullus cōfessor debet hoc ab aliquo qui sibi confitet̄ q̄rere, sed si penitens se offerat & dicat se malle mortuū esse q̄ peccasse uel q̄d simile, tūc gaudendum est, quia signū est bonæ uolūtatis &c.

tale uel incurrere dānum tēporaliū, aut mortē quilibet tenet̄ magis eligere pænam quàm peccare, uel peccasse. Non debet̄ tamen ẜm Sanctū Tho. in quol. descendere in speciali ad hāc pænā, imo stulte facit qui seipsum ī hoc solicitat. Est alius dolor in sensualitate q̄ causatur ex primo dolore uel ẜm necessitatē naturæ ex motu superiorū uiriū quē sequuntur inferiores, uel ẜm electionem ꝓut uolūtas excitat dolorē illū, & sic ñ ē necesse ꝙ dolor ille sit maximus, imo nec ēt est necesse dolore isto mō. [a]

3 Vtrū in dolore cōtritionis possit esse excessus. ℞. S. Bon. ubi supra qō. 2. ꝙ nō, primo modo accipiēdo pro displicentia rationis. Sed secundo modo prout est passio sensualitatis sic. Vnde si aduertit ꝙ non potest sustinere sine magno detrimento tenetur temperare, si autem non aduertit, & ideo non temperat, non credo peccet, quia dabat operam rei licite.

4 Vtrū homo semꝑ debeat cōteri ℞. qui supra ar. 3. q. 2. ꝙ sic. Aduertendū tamen est quod est duplex cōtritio seu detestatio peccati, quædam in habitu & hanc tenetur ēt post peccati perfectā remissionem, quia ut dic Hug. de san. uic. Cū deus absoluit aliquē a peccato obligat eum uinculo detestationis perpetuæ, quædā est in actu & ad hac nō tenet̄ semper, sed pro loco & tpe, scilicet cum recogitat peccata sua, intelligē de mortalibus quia de uenialibus nō est necesse habere contritionē ut s̄. confessio. 1. §. 28. Aduerte hic quòd ẜm Tho. in 4. distin. 17. non sufficit cōtritio generalis qñ hō specialiter peccata sua mortalia habet in memoria quæ sibi adhuc non sunt remissa, sed oportet sit specialis de eis, sed postquam sunt remissa sufficit generalis. Attende etiā ẜm Hen. de Gan. ī quol. ꝙ circa pc̄tm̄ possunt considerari, primo substantia actus, secūdo aliquod bonū quod euenit ex peccato, puta filiū generatū ex adulterio, tertio inordinatio actus ipsius adulterii. Non tenetur ergo homo dolere de substantia actus neq; de bono sequuto ex eo sed solum de inordinatione actus, & iō licet homo nō possit dolere de delectatione quā habuit nec de filio generato, nihilo minus non est extra statū salutis, sed sufficit doleat ꝙ talem delectationem & filium habuit ex inordinato modo, & cum offensa Dei.

5 Vtrū homo teneatur conteri statim cōmisso mortali. ℞. ꝙ nō, quia sicut ꝑceptū delectationis dei quātū ad actū interiorē nō semꝑ obligat, sed solū qñ materia occurreret practicæ non speculatiue. s. cum consideratur Deus ut diligendus uel non diligēdus, tenet̄ homo iudicare ut diligendus & diligere, sic & peccatum mortale commissum si menti occurrit practicæ, uel ut materia delectationis uel detestationis tenetur hō iudicare detestādū & de-

a Isto modo] Nō est necesse magis dolere de peccato quātū ad passionē resultantē in sensualitate q̄ de re temporali, nec ēt necesse est dolere, quia nō est in potestate cuiuslibet. Talis. n. dolor nō cōsequit amorem, sed ipsam affectionē, & affectio expimētalē cognitionē. Et qa nō oēs habent experiētiā diuinæ dilectionis, ideo non oēs ita sensibiliter dolent de peccatis. Tamē ꝙ aliqs sensibiliter do[leat] de pcō q̄ d[e] dāno hoc est ꝑfectionis & cōgruū, nō necessariū. Et ẜm S. Th. in 4. di. 17. magis in displicentia

teſtari ſecundum Pet. de Palu. in 4. uel dic ut j. Voluntas §.6.

6 Quis eſt effectus [a] contritionis. ℞. ꝙ eſt remiſſio culpæ & pænæ de pæni. diſtinctio.3.

CONTVMACIA [b] eſt quędam uoluntaria ĩobedientia qua quis monitionẽ iudicis implere contẽnit, ita elicitur ex c. 2. de do. & cõtu. iuncta glo. in uer. cõtumaciter & ibi no. quomodo fit multis modis & conſiſtit contumacia propriæ in nõ faciẽdo uolũtariæ qđ facere ſciat ſe debere, ut patet in dic. gloſſ.

1 Vtrũ excõicatus pro contumacia abſolui debeat antequã ſatisfaciat de expẽſis, & caueat de ſiſtendo in iudicio. ℞. ꝙ non [c] ſi ueræ fuit cõtumax. Secus ſi pręſumptiue, puta quia impeditus tñ non dum conſtat, ſi hoc allegat & petit abſolui debere ut in c. uenerabilib. §. idem eſt etiam de ſent. excom. lib. 6.

2 Vtrum lite non conteſtata teſtes poſſunt recipi contra contumacem & procedere ad ſententiam diffinitiuã uide. c. quoniam frequenter ut li. non conteſt.

CONTVMELIA Eſt ut colligitur ex Tho. 2. 2. q. 72. & Alexan. 2. 2. tractat. de contumelia. qõ. 36. ar. 40. cum ſequen. Quãdo quis id quod eſt contra honorẽ alicuius deducit in notitiam eius & aliorum ſiue ꝑ ſigna [d] ſiue per uerba, & differt a cõuicio & improperio, nam cõuiciũ importat generaliter defectũ culpæ & pœne, contumelia uero ſolũ culpæ. Vnde ſi quis dicat alicui iniurioſæ eum eſſe cæcũ aut claudũ cum ſit, conuicium dicit, ſed non contumeliam, ſi autem iniurioſæ dicat eum furem non ſolum cõuicium ſed etiam contumeliam infert, & hoc ſecũdum Theologos, ſed ſecundum legiſtas conuicium dicitur a collectione uocum cum in unũ plures uoces conferuntur conuicium appellatur quaſi conuocium ita dicit text. in l. item apud labeonem. §. conuicium. ff. de iniur. & poteſt fieri etiam abſenti, ut cum quis ad domum tuam [e] uenerit te abſente, nec tantũ qui dicit ſed & qui concitauit alios ad uociſerationem conuicium fecit ut d. l. item apud, & oportet ſit aduerſus bonos mores uociferatio, ſcilicet ad infamiam uel iniuriam uel inuidiam alicuius alias non eſt conuicium, & quòd in cætu dictum ſit, ut in d. l. item apud labeonem. improperium uero propriæ eſt quando aliquis iniurioſæ alteri ad memoriam reducit auxilium quod contulit ei neceſsitatem patienti unde Eccleſia. 20. exigua dabit & multa improperabit accipitur tamen unum quandoque pro alio unde Alexan. ubi ſupra ita diffi-

centia rõnis debet dolere de culpa inq̃tũ eſt offenſa Dei q̃ inq̃tũ eſt ſibi nociua. Culpa tñ eſt nociua peccãti inq̃tũ ſeparat ipſum a Deo. Et ex hac parte. ſ. ſeparatione a Deo q̃ pœna q̃dã eſt dẽt magis diſplicere ipſa ſeparatio q̃ ipſa culpa inquantũ hoc nocumẽtũ inducit, quia quod pp alterũ odit mi nus oditur, ſed minus q̃ culpa inquantũ eſt offenſa in Deũ. Inter oẽs autẽ pœnas attenditur ordo maliti æ ſm quãtitatẽ nocumenti. Et ideo cũ hoc ſit maximũ nocumentũ, quo maximũ bonũ priuat, erit inter pœnas maxima ſeparatio a Deo.

a Effectus] Dicendum ẽm intentionẽ S. Th. ubi ſupra ꝙ uere cõtritionis effectus eſt culpæ remisſio. Intellige tamen ſm ꝙ eſt intenſa & remiſſa, poſſet tamẽ tãtum intendi ꝙ omnes culpa & pœna remitteret ut ĩ Magdalena alias ſecus. Et hoc ſiue ſit actus uirtutis ſiue pars ſacramenti ſm eundem Tho. Et not. ꝙ dicit Hoſt. ꝙ licet ꝑ contritionẽ remittat peccatũ & in tantum ꝙ etiam ſi nõ confiteatur, nõ redeat illud, tamen nouũ cõmittitur mortale. Et hęc opinio uidetur uera. ſcilicet ꝙ per cõtritionẽ remittatur peccatum, ut patet per exemplum leproſori. Luc. 17. Item per Lazarum. Ioã. 11. Dixi confitebor aduerſum me iniuſticiam meam domino ait Pſal. Dixi, ideſt firmiter in animo propoſui. Nota tamen ꝙ licet ponatur quis per contritionẽ in ſtatu ſalutis tamen remanet obligatus ad confes ſionem.

b Contumacia] Vide plene de contumacia per gloſi. in cle. unica. de dolo & contu. per Inno. in c. q̃rela. de procur. ꝑ Bar. in l. fi. ff. de in integrũ reſtitut. & in l. ex conſenſu. §. 2. ff. de appel. per Cyn. & doct. in l. ꝓperandũ. §. ſi aũt reus. C. de iud. Et adde ꝙ contumax ẽm Lu. eſt quæ cõparerẽ debet in iudicio & non cõparet, & dicit quandoque uere quando dicit expreſſe iudici uel eius nũcio ipſum citãti ꝙ non cõparebit coram ipſo, ficte dr̃ qñ latitat aut facit quod citatio ad ipſum ñ perueniat, ũel qui uocem iudicis audire cõtẽnit licet hoc ultio caſu poſſet dici uerę cõtumax & non præſumptiue.

c Quod non] Spec. de contu. §. nunc dicamus. uerſi. immo &c.

d Per ſigna] Vt ſpuẽdo uel lutum proiicit. nota etiam glo. ſuper illud Ro. 1. in fi. cõtumelioſos. &c.

e Ad domum tuam] Id eſt iuxta domum tuam, ſi intraſſet domum teneretur, l. cornelia, & non actione prætoria, ut l. lex cornelia. ff. de iniur. Et nota. Barto. in dicto §. conuicium. Et ſubdit quod Iacob. de Aret. dicit

ꝙ statuta quæ dicunt de faciente insultum ad domum uerificant in eo q̃ uenerit in pertinentiis domus.ff. ꝙ ui aut clam.l. si uitem.§.qui ad ianuam. Et facit.l.qui filium.§.1.ff.ad Treb.gl.tñ alibi vr̃ dicere ꝙ illud fit ad domum qđ sit prope per.5.pedes. ut not.in l.qdã iberus đ ser.ur. p̃. facit ad hoc l.quæ sint pertinētię domus. l.si.ff. fini. reg. uide de immunit. ecclesiarũ. de 30. pedibus &c. Vide de his statutis q̃ not. Bar.Bal. & Alexan. in l.certa. §. si domus de lega.1.

nullum nocumentum inferant, nisi forte grauando auditum, ut cum quis nimis altæ loquitur, tamen inquantum sunt signa pñtantia aliquid in notitiam aliorum, sit pñt multa damna inferre, inter quæ est ꝙ homo damnificetur quantum ad detrimentũ honoris & reuerentię sibi ab aliis exhibēdæ. Probatur etiam ꝙ sit pc̃tm̃ mortale per illud qđ dicit Matt. 5. Qui autẽ fatue dixerit reus erit gehennæ, q̃ non debetur nisi peccato mortali. Et intelligitur cum hoc dicit intendens dehonorãtem. Et facit Ro. 1. ibi contumeliosos, & subdit ꝙ talia agunt digni sunt morte.& 2. q.7. ait clemens in c q̃. lis . dānatione sunt digni qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliā inferunt.

nit.contumelia [a] est pc̃tm̃ ex ĩpropio sermonis manifesto tendẽs ad nocumẽtũ ꝓximi.

1 Vtrũ contumelia sit pc̃tm̃ mortale.R̷.S.Th.& Alex. ubi s̃. ꝙ in peccatis uerborũ maxime attendendum est quo affecta uerba ꝓferantur.si ergo intentio ꝓferẽtis ad hoc feratur ut ꝑ uerba ꝓfert auferat honorẽ alteri, hoc proprie & per se est dicere cõuiciũ uel cõtumeliã & hoc est pc̃tm̃ mortale nõ minus [b] q̃ furtũ. si aũt uerba cõuicij uel cõtumeliæ alteri diceret nõ animo dehonorandi, sed ꝓp correctionẽ uel hmõi nõ cõuiciũ dicit uel contumeliam ꝓprie & formalr̃, sed ꝑ accñs & materialr̃ ĩ q̃tũ.s.dr̃ id qđ põt esse cõuiciũ uel contumelia. Vnde hoc põt esse qñque ueniale pc̃tm̃, sicut qñ conuiciũ nõ multũ est dehonestãs, & ꝓfert̃ ex aliq̃ animi leuitate uel leui ira absq; firmo ꝓposito dehonestandi, utputa qa intẽdit cõtristare leuiter solũ aliquẽ, qñq; nullũ ut in dubio sequenti, uñ hñda est magna discretio ut moderate hõ talibus v̄bis utatur, qa posset esse ita graue cõuiciũ ꝙ auferret honorẽ ꝯ quẽ ꝑfert & posset hõ peccare mortalr̃. & si nõ intenderet dehonorationẽ alterius, sicut grauiter percutiens in ludo non caret culpa, [c] & tenetur cõuiciator ultra pc̃tm̃ s̃m Ni. de ly.ꝑ se uel ꝑ interpositã ꝑsonã dicere suã culpam [d] cõtumeliato, uel saltẽ signa equipollentia ei ostẽdere, nisi deprehendat ꝙ contumeliatus ei remisit iniuriã puta qa ridet cũ eo & hmõi. excipitur prælatus & patersa.qui corrigendo licet excedat non tenetur petere ueniã s̃m Aug. in regula, dũmõ non fecerit a proposito, & potius uigore uindictæ, qa sic teneretur similr̃ petere ueniam.de quo dic ut ĩ. correctio.1.§.2.

2 Vtrum liceat causa correctionis dicere cõuiciũ uel cõtumeliã R.s̃m Tho. ubi.s̃.ar. 2. ad s̃m ꝙ sicut licet uerberare uel in rebus dãnificare causa disciplinæ ita & conuicium dicere sicut dñs discipulos stultos & Pau.Galatas insensatos. Dicit tñ Aug.in li. de ser.do.in mõte, raro & ex magna necessitate obiurgationes sunt adhibẽdæ, in quibus non ut nobis sed ut dño seruiatur instemus.

a Contumelia] Ista diffinitio ut uidetur comprehendit solũ uerba & bene, quia contumelia proprie loquendo in uerbis consistit nõ in factis unde Isido.dicit lib. ethi.ꝙ cõtumeliosus dicitur aliquis qa uelox est & tumẽt uerbis iniurie. Sed extẽso uocabulo cõtumelia etiam consistit in factis, ut dicit gl. sup illud Ros. 1.contumeliosos ꝙ contumeliosi sunt q̃ dictis contumelias & turpia inferunt. Nam licet ut dictum est contumelia. proprie consistat in uerbis, ex eo quia dicit Aug.secundo de doctri.Christia.ꝙ signa uerbis comparata paucissima sunt. Verba enim inter homines obtinuerunt principatum significandi q̃cunque animo concipiuntur, tamen quia etiam per facta aliquid signatur, quę in hoc ꝙ signantur habent uim uerborum signãtium inde est ꝙ contumelia & in factis cõsistere dicitur. hæc Tho.& Alex.ubi supra.

b Non minus] diligit plus homo honorem quã res temporales. Sed auferens alterius substantiam, uel intẽdens auferre peccat mortaliter, ergo multo magis intendens auferre honorem. Verba enim per quæ infertur contumelia quantum ad suam essentiam.s.inquantum sunt quidam soni audibiles, & sic

c Nõ caret culpa] s. mortali, puta si ludendo inutilaret. Ludus.n.noxius in culpa. Quamuis enim ad contumeliã seu uerbanitatem pertineat dicere aliquod leue conuicium, non tamen usque ad dehonorationem uel contristationem eius de quo dicitur, sed magis causa delectationis & ioci uel leuitate loquendi obseruatis debitis circunstantiis alr̃s ibi esset pc̃tm̃.

d Dicere suam culpam] Vt patet. Matth. 5. Si frater tuus habet aliquid aduersus te &c. Et illud apostoli dicit Ephe.4 sol non occidat super iracundiam uestram exemplum de illo qui contumeliam intulit, & non ueniam petiit, & post mortem coactus est a d... re ad petẽdum ueniam ab iniuriato. Ipse autem iniuriatus debent ignoscere oblata sibi competenti satisfactione imo etiam quo ad rancorem sine satisfactione.ut ĩ. diligere, alias grauiter peccaret unde dicitur.di.90. Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo satisfaciẽti eo acertimus maceretur mediis.gl.1.excommunicationis &c.

Quantum

3 Vtrum homo teneat illatas contumelias sustinere. R. sm S. Tho. ubi. s. ar. 3. q sic, q̃tum ad præparationẽ [a] animi. s. quando opus esset sicut & alia dãna, sed q̃tũ ad actũ nõ semper. aliqñ. n. tenemur non sustinere. Primo qñ cederet in bonũ eius q dicit, ut puta ad reprimendam audaciam [b] nec talia diceret, iuxta illud prouer. 26. rñde stulto iuxta stultitiam. Secũdo qñ ex sufferentia aliorũ pfectus impediretur, unde Gre. in Hom. 9. super Ezec Hi (inquit) quorũ uita in exemplo imitationis est posita dñt (si pñt) detrahentiũ sibi ṽba cõpescere, ne eorũ p̃dicationẽ nõ audiãt q audire poterãt. & in prauis moribus remanẽtes bene uiuere cõtemnant.

CORERA utrũ sit licita. R. ut colligo ex dictis docto. q sic. si. 7. concurrant. Primum tẽpus debitum. s. q non sit deputatum orõni necessarie uel pœnitẽtiæ, unde tenent magistri ut refert Ri. in 3. dist. 37. arti 3. q. 4. q est pctm̃ mortale coreas ducere diebus dñicis pp dictũ Aug. di q facerent melius feminæ iudæorũ si lanã filarent quã toto die in neomenijs impudice saltare. quod quidẽ credo uerum qñ omissa missa ul' prædicatione aut uesperorũ celebratione & hmõi intẽderent, uel per notabile spatiũ puta p maiorẽ partem diei alias non facit. l. si C. de fe. [c] & c. qui die. [d] de conse. di. 1. Scdm personã conueniens. nã ecclesiasticis psonis phibentur. 46. di. c. clericum. de conse. di. 5. c. nullus præsbyterorum. c. nõ oportet. el 2. 34. dist. præsbyteri diacones, ita q credo eos peccare mortaliter, nisi forte modicitas & qualitas corizãdi excusaret, puta in secreto & hmõi. Tertium modus honestus nã honestas est unum iuris præceptum. insti. de iusti. & in §. iure præcepta. & ideo si fiet mõ inhonesto est pctm̃ mortale, ut puta gesticulationibus prouocantibus ad libidinem, cãtibus turpibus uel cũ ornamentis lasciuis & inhonestis facit prohemium. ff. ueteris. §. illud uero quis illos ludos appellet ex quibus crimina oriuntur. Quartum recta intentio, quia si fiet ad puocandũ ad libidinem, uel alio malo fine (ut fiunt cõiter) est pctm̃ mortale, secus si ex aliqua leuitate supbiæ uel inanis gloriæ. Nã si qđ intendit est pctm̃ mortale. sir & ipsum opus, si ueniale, erit ueniale. arg. c. uide 1. q. 1. & 23. q. 1. noli & c. militare. Quintũ locus aptus. s. pphanus nõ eccl'a seu alia loca sacra uel religiosa, qa vr̃ mortalẽ corizare in loco sacro. ar. c. decet de immu. ec. lib. 6. Sextũ raritas corizationis. Nam Rod. dicit q coreas ducens ex consuetudine peccat mortal'r. [e] Corizantem aũt raro & sine corrupta intẽtione dicit non audeo dicere q peccet mortal'r, sed nec audeo excusare a mortali, cũ ingerat se periculo alios prouocandi ad libinẽ & exẽplo suo alios ad similia facienda prouocare. Septimũ stabilitas corizantis. Nã q ita fragilis est q licet bona intẽtione corizare incipiat, tñ nõ exit quin ad libidinẽ mortalẽ puocetur, peccat mortal'r aduertens de tali sua fragilitate se ingerẽdo, qa eccle. 3. Qui amat periculum peribit in illo. & ppea qa dicit Hie. in quadã homel'. Nõ credo uiro si dicat se illesum euasisse a talibus spectaculis, cũ Dauid ex eo q uidit Bersabee lauantem se prouocatus sit in libidinem hæc ille. Et etiã qa p̃fatæ cõditiones nõ inueniunt̃ in

coreis

a Quãtum ad præparationẽ] Dicit nanq. sapiens Eccle. 26. Nec respõdeas stulto iuxta stultitiã suam ne ei similis efficiaris, dẽt etiã supportari qñ contumeliãtes essent incorrigibiles sicut fecit dñs qui nec Pilato nec Herodi nec pharisæis rñdit. Item etiam rõne patiẽtiæ sicut p̃s. dicebat. Qui quærebant mala mihi locuti sunt uanitates idest falsitates. subitur ego autem tãquã surdus.

b Audaciã] Vt fecit Christus illi cõtumeliãti & in maxillã percutienti. cum dixit. Quid me cædis? Tacere tñ & non rñdere, ut qs magis conciteeur peccatum est, sed tacere ut nõ & ipse contumeliari incipiat uir tuosum est. Et in his casibus qñ qs est reprehendendus dẽt fieri qñ est ẽdatus nisi utilitas communis aliud exigat idẽ Alex. ubi s. arti. 4.

c L. fi. C. de fe.] Ista l. fi. facit R dicto prio nõ pro limitatione ut patet.

d C. qui die] Qui die solen. ti in nullo ecclæ cõuẽtu ad spectacula uadit excõicetur. Et in illa l. fin. sic dr̃. Dies festos maiestati altissimæ dedicatos nullis uolumus uoluptatibus occupari. s. pessimarũ mulierũ ait gl. & j. Nec huius tamẽ religiose diei ocia relaxãtes obscenis quenquam patimur detineri. Nihil eodẽ die sibi uẽdicet scena theatralis, aut circẽse certamen, aut ferarũ lachrymosa spectacula, etiã si nostrũ ortũ aut natalem celebranda solennitas inciderit differatur hæc ibi Bar. etiã sic summat q̃tum ad hoc spectacula uel prelia sunt illis diebus total'r interdicta.

e Peccat mortal'r] Vñ Alex. ĩ 4. p. tractatu. de his qui non pos. ac. ad sacra. col. q. 44. dicit oio tales coreatrices cõsuetudinarias nõ admictẽdas ab sacrarũ cõmunionem, si desistere nolũt & subdit Alex. de Corizãte raro sicut hic in tex.

correis nr̃i tp̃is, ideo non uideo qũo sine mortali peccato quis eas faciat ex cõsuetudine sicut cõiter fiunt. Dicit tñ Alex. 2. 2. tit. de ludo ꝙ ludus uel saltatio qñq; ꝓuenit ex spũali iocũditate. & sic est meritorius sicut Dauid lusit & saltauit coram archa dñi. Aliqñ ꝓuenit ex recreatiõe, uel exercitatione. & sic põt esse sine peccato. Aliqñ ex dissolutione mentis lasciue. & sic pctm̃.s.mortale, uel ueniale ẽm ꝙ dictum est.

1 Vtrum inspectio corearũ ludorũ, uel ioculationum sit pctm̃. R. Alex.[a] ubi.s̃.ꝙ inspectio quædã est in transitu nõ tendens ulterius ad delectationẽ peccati mortali ut fornicationis. & hęc est ueniale. Quædã est studiosa in qua.s. est fomentũ peccati mortali. & hæc qñq; est pctm̃ mortale. intellige qñ aduertit de periculo, uel cogitationis morose uel opis. Item ioculatio quædã est hystrionica. & quędam corealis mulierũ lasciuarum. quædam cã exercitij uel fastidij tollendi siue accidie uitandæ. Inspectio ergo studiosa ioculationis primæ & secundæ uergere potest in mortale [b] pctm̃. Tertiæ uero & quartæ põt esse uenialis. & aliquando meritoria.

CORRECTIO prælatorũ impuniendo subditos & increpando non dẽt fieri animo nocendi, quia sic peccaret mortal'r si deliberate & ĩ notabili nocumento. secus si in modico malo uel indeliberate. sed dẽt fieri zelo caritatis ꝓximi.s. ad bonũ subditi delinquẽtis ut corrigatur, uel ad aliorum bonum, ut uł timeant similia facere, uł q̃etius uiuant. ut 23. q. 5. ꝓdest.

re dotem nobili cui nubere uult animo donãdi, licet cõferatur in tempus matrimonii, quia est remuneratiua[c] & non simplex. Facit ad hoc. l. Acquilius. ff. de do. Et sic limita iura prohibentia donationem, nec solum prohibetur inter ui. & uxo. sed in eos qui ad eos pertinent etiam, aut interpositas personas, ut l. si sponsus. §. generaliter. ff. eod. titu.

1 Quid si uiro mortis cã donare uolenti mandat uir, ꝙ donet uxori. ℞. quod donatio est nulla, quia uidetur ac si uir donaret. l. idemq;. ff. eo. ti. secus si uolenti legare mihi, mando ꝙ leget uxori, nõ facit donationem inter ui. & uxo. l. sed si uir. §. quod legaturus. ff. eo. Ratio quia in donatione causa mortis, ut sine traditione transfertur dominium, reuocabitur tamen. l. 2. ff. eo.[b] ti. secus in legato qđ cedit solum a tempore mortis, ut l. a Titio cum sim. ff. de fur. ideo in primo casu quæsito dominio uiro non potest, sed in secundo sic, quia non acquirit nisi morte secuta. Hoc limita uerum quando iã donauerat causa mortis, sed qñ solum disposuerat donare ualebit si, mutato proposito ad instantiam uiri donat uxori, quia sic ratio cessat diuersitatis de legato.

2 Vtrum uniuersaliter non ualeat donatio inter ui. & ux. ℞ & non, sed fallit in 8. casib. Primus in donatione imperatoris facta coniugi, uel ecõtra est tex. in l pen. C. eo. titu. Secundus si edes uxoris incẽdio exustæ sunt donatum ad earum extructionem a uiro uel inquantum edificii extructio expostulat.[c] l. quod si uir. ff. eod. titu. Tertius potest maritus constante matrimonio remittere uxori dotem sibi ab ea promissam in toto, uel in parte, ut est gloss. singu. & ibi Cyn. & Bald. in l. si constante. C. de do. ante nupt. sed remissio alterius debiti non ualet, sicut nec assignatio alterius debitoris, q͂a hæc omnia donationes sunt, dicta l. si spõsus. §. si debitor. Quartus si ex tali donatione non fit pauperior qui donat quamuis cui donatur fiat ditior, ut si maritus institutus hæres ab aliquo nõ adiit hæreditatem, ut ad uxorem substitutam perueniat, uel si repudiet legatum, ut remaneat apud uxorem oneratã pro legato per testatorẽ uel si rogatus restituere hæreditatem uxori non detrahæret quartam causa donationis, ut in l. si sponsus. §. si maritus hæres. ff. eo. ubi tex. neque. n. pauperior fit quæ non acquirit, sed q de patrimonio suo deposuit, idem dicas quando donat[d] rem alienam. l sed & si constante. ff. eo. ti. Intellige in tali casu quo ipse donãs ñ teneaĩ restituere, utputa de lnĩa dñi dãtis sibi liberã facultatẽ donãdi dõauit. Quĩtus si cui donatũ est nõ fit ditior, q͂uis donator fiat pauperior, ut si donauit ad emẽda unguẽta. d. l. qđ aũt. §. 1. Idẽ si donat uxori pecuniã, ut pro cognato suo sportulas soluat, q͂uis ipsa uxor pecuniam ipsã mutuo fuisset acceptura. d. l. si mulier. ff. e. ti. idẽ dic si soluat uectigal. ꝑ ea ẽm Ho. ĩ sũ. de do. ĩter ui. & ux. §. q̃ro. Idẽ si dat oblõnes faciendas, uel aliã piã ẽm eũdẽ.[e] hrs aũt uxor si expenderet inutiliter nõ ꝑꝑ hoc minus teneretur, ut in l. qđ de bonis ff. ad l. fal ci. quia satis est quod dona-

...to tenentem cũ Barto.

a Remuneratiua] Adde §. in iu prima consti tutio. florum. ulti. col. uersic. primo probo. Vbi dicit quod pro remuneratione possunt alienari, alias prohibita. per text. in l. iubemus nulli, & ibi ipse not. C. de sacrosanctis ecclesiis. Et uide Bart. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ord. fac. & in l. iusta. ff. de manu. uind.

b L. 2. ff. eodẽ] Scilicet de donation. causa mortis. Et loquitur in secũdo modo, de quo in §. 1. supra in uer. donatio secundo.

c Et postulat] Quia non uidetur fieri locupletior, cum de suo tantũ amiserit.

d Qñ donat] eadem est ratio quia uir nõ fit pauperior unde potest uxor rẽ illam sic donatam usucapere.

e Secundũ eundem] Donatarius expendit in causam utilem dicitur fieri locupletior, secundum Ab. in c. fi. extra eo. secus si expendit in causam inutilem, fallit tamen in hære de ut hic, id est quia si expendit inutiliter, ut in conuiuio, quia reuocare tur.

tarius effectus est locupletior, ut no. Pan. in d. c. donatio. eo. titu. 6. quando donat in tempus finiti matrimonii, ut tūc res fiat mariti uel uxoris cum mors fuerit sequuta. l. sed interim in princi. ff. eo. Septimò quando donat causa mortis cuiuscunq; speciei sit ista donatio causa mor. ut in d. l. sed interim in prin. nisi ita fiat ut nullo modo reuocetur, quia non ualeret s̄m gl. in d. l. sed interim. Octauò quando uxor donat uiro cā dignitatis[a] uel honoris adipiscēdi. l. q̄ adipiscēdæ. ff. e. tit.

3 Quomodo cōfirmatur donatio inualida inter uirum & uxorem. ℞. q̄ in duobus casibus. Primo morte donantis & non reuocantis tacitè uel expressè, ut l. 1. & 3. C. eo. tit. & d. cap. donatio, limita uerum q̄ morte confirmatur in donatione quæ non est ultra 50. solidos, quia si esset ultra 50. solidos & sit facta sine insinuatione non confirmatur morte, nisi expressè tunc approbauerit,[b] si approbauit expressè in morte ualebit, ut legatum quod non indiget insinuatione, alias non, secundum glo. & Ioannem Andr. in d. cap. donatio. Item non fuerit facta simplici promissione, quiā si sic nō ualeret. l. papinianus. ff. eo. & ibi Bart dicit uerum nisi interuenisset traditio uera uel ficta, puta quia confitetur se habuisse, quia sic confirmaretur. requiritur ergo traditio in uita donantis ut donatio morte confirmetur, ut infra pactum §. 15.

4 Sed dubitatur an intelligatur iste casus de morte naturali tantum q̄ confirmet talem donationem. ℞. q̄ nō, sed etiam de ciuili distinguē do tamen, quia ex illa quæ perditur libertas & seruus efficitur hominis perimitur donatio, ut l. cum hic status. §. si donator. ff. eod. Sed ex illa quasi efficitur seruus pœnæ mortis confirmatur, ut C. eo. ti. l. res uxoris. Ratio diuersitatis secundum gl. in d. l. res est, quia ubi efficitur seruus hominis est dominus qui potest reuocare, sed non ubi efficitur seruus pœnæ. Hodie tamen ex delicto non debet quis damnari, ut sit seruus, autē. sed hodie. C. eod. Ex alia autem morte ciuili ex qua matrimonium non dissoluitur, ut est deportatio & interdictio ignis & aquæ, & huiusmodi non cōfirmatur, sed pendet usque ad mortem naturalem, & si non reuocauerit, tunc confirmatur, d. l. res uxoris. Et alia aūt morte qua ingreditur religionem, licet Vin. in d. c. donatio teneat q̄ non intelligatur de ista religione, tñ Ioan. An. & Car. tenent q̄ sic, quia ingrediens censetur mortuus. l. fi. C. de epi. & cler. & 16 q. 1. c. placuit. el S. Sed opi. Vin. uī uerior in matrimonio consummato per d. l. res uxoris qui requirit mortem talem qua matrimonium dissoluit, quia non est in ingressu religionis nisi quo ad exercitiū, sed in matrimonio non consummato tene opi. Io. An. & Card. Secundo confirmatur iuramento s̄m Pa. in d. c. donatio, qui dicit q̄ hæc est cōmunis opi. Bar. in l. si quis ꝓ eo. ff. de fideius. & in l. seius & augerius. ff. ad l. Fal. idem tenet, sed ī l. 1. ff. de do. inter ui. & ux. uī tenere ꝯriū[c] prōnē. gl.[d] id. c. donō, qa uī ꝯ bonos mores. Sed dic uerū ꝯ bonos mores ciuiles,[e] sed non con-

a Dignitatis] ut fieret doctor uel eques doctoratus. n. est dignitas. l. fi. C. de iudæ. & ibi Bal.

b Approbauerit] Sal. in l. donationes quas. ff. de dona. inter ui. & ux. in uer. nā amplioris, per glo. ibi in uer. confirmari concedimus, dicit esse uerum q̄ talis donatio nō cōfirmatur morte tacitè, quia in duobus peccat. s. ratione rei, qa summa excedit, & rōne personæ qa ꝓhibita, secus tamen si fuerit expressè in approbata, qa ualebit, ut dr̄ in d. l. donatiōes. quas parentes. Sed d. Frā. Are. consi. 17. incip. ponderatis diligentissimè. 3. col. tenet cōtrariū, & uī text. contra gl. & Salyc. in l. si quis ꝓ redēptione. §. fi. in uer. sine aliqua distinctione. C. de do. ubi dicit ꝑ īperator. statutū esse q̄ donatio ultra quingentos aureos sine insinuatione ñ ualeat, ultra illos 500. sed bñ quo ad 500. tenet, & istud ꝓcedit sine distinctione ergo nō possumus dicere q̄ illa donō annullet ī totū si ñ fuerit exp̄ssè cōfirmata ut in d. l. donōnes quas. s̄m opin. Sal. Et hic, sed pt rn̄deri. Nam hēmus regulā q̄ qñ lex aliqd disponit, l cet loquat̄ gn̄alr & quocunq. nō quā itelligitur loq in materia in qua hēmus legē spālem li testis, & ibi Sa lic. no. C. de te sta. gl. in l. ... & ibi Bart ... satisd. cog. C igit h̄mus legē in d. l. donationes dispon... de tali dono ergo illi stabimus unde talis donō annullabit ut dr̄ ī tex. hic.

c Tenent contrariū] Bar. ... mittit ad id q̄ no. ī l. si quis ... eo. in fi. ff. de ... deiuss. & sic tenet eandē opi.

d Per rōnē gl. Idē uī tenere Bart. in l. cum ... decedens §. ... ff. de leg. ... tenet Bal. Sal. & Fulg. in d. l. 1. de don. ... ui. & ux. & Fal. in l. si quis ... linos. §. fi. de leg. 1. Et in l. ... mulier C. de donā. ante nup. & in repe. l. secundæ. §. princ... li. C. de relig... uen. Iacō ... in c. cum ... gat. 15. col. ... iureiu. Pan. ... Ca. consi. ... ci. super isto ... cto. Car. in cle. 1. §. porro. ... de iureiur. Sed tu tene ut ī pu... stilla sequen...

e Mores ciuiles] de iure ... que ciuili ... est ipro... hō... tra bonos mores

res, sed de iure canonico illud solum quod inducit peccatum, secundum Bal. in l. pacta quę contra. C. de pac. in 2. not. & in l. pactum quod dotali. in 19. q. C. de colla. & in l. non dubium. C. de legibus & in c. 1. §. sacram. de pac. iur. fir. & not. in rubr. de condi. ob turp. caus.

Et dicit Pau. de Cast. in d. l. pacta quæ cōtra quod regula non est obligatorium. in 6. c [illegible] intelligi quando est cō tra bonos mores canonicos, non autem ciuiles. Et ꝑ hoc infert, ꝙ donatio inter uirū & uxorem firmatur iuramē to. vide infinitas concordantias per Ias. in d. l. pacta & ibi dicit hanc opi. ueriorē & communiorē. Et tam tenet Bar. in l. Seyus & Augerius, [illegible] allegata. [illegible] fundamē [illegible] tenet Guil. de Cu. & Alb. [illegible] & si pos [illegible] §. item [illegible] Fede. [illegible] Bald. in [illegible] 49. co. [illegible] ff. de [illegible] Ang. in [illegible] [illegible] Pa. [illegible] Imol. in l. [illegible] post [illegible] co. [illegible] d. [illegible] pactum

tra bonos mores naturales contra quos non ualet iuramētum & dic ꝙ cōfirmatur.

5 Quid si matrimonium nō tenuit R. ꝙ licet donatio ipso iure ualuerit, quia tamen indigna persona eius fuit qui nec maritus dici potest reuocari poterit. l. si ex uoluntate. C. eo. ti. Intellige si ignorabāt, si uero uterque scit impedimentum & matrimoniū non tenere, fiscus repetit. ff. eo. ti. l. cum hic status. §. ult. & si non repetet poterit tenere bona conscientia, licet de bono consilio deberet dare pauperibus.

6 Vtrum donatio inter spōsum & sponsam de futuro teneat. R. gl. præfata quod sic, alleg. l. inter eos. ff. eo. ubi dicit tex. ualere etiam si eodem die matrimonium postea cō trahatur.

7 Quomodo reuocatur donatio inter uir. & uxor. R. ꝙ in 5. Primo per pœnitentiā. d. l. cum hic status. §. ait oratio. Secundus si alienetur res donata per donatorem l. si maritus tuus. C. de do. inter uir. & uxor. & in d. l. cum hic status. §. si maritus. Tertio quando pignori obligatur res donata a donatore nisi aliud exprimatur. d. l. cū hic status. §. si maritus Quarto si præmoriatur qui donationē accepit de do. inter uir. & ux. c. donatio. & l. a marito. C. e. & si moriantur simul tenet secundum gl. ibidem.[a] Quinto cum diuortium fit ex displicentia. d. l. cum hic status. §. si diuortium nisi expresse uoluerit donationem ualere. l. si interim. ff. eod. titu. secus si causa religionis, si tamen matrimonium restauretur post diuortium non reuocatur d. l. cum hic status. §. plerique, & idem dic de donatione inter socerum & nurum uel generum, & inter cō soceros quo copulatos matrimonio in potestate habēt. d. l. cum hic status. §. oratio. & inter patrem & filium nō emancipatum. uide glo. in d. c. donatio, quæ hoc tenet, in dubio uero[b] quando præsumatur donare uestimenta, uide peculium. §. 21.

DONATIO IIII. ante nuptias uel ꝓpter olim dicebatur ante nuptias donatio. Sed hodie non est nisi donatio propter nuptias. ut C. de donat. ante nupt. uel propter nuptias in l. fina. & fit in recompensationem dotis, & potest fieri a uiro hæc donatio, siue priusquam contractum sit matrimonium siue post contractum, ut dicta l. fina. & dicitur antiferna[c] ab anti quod est contra & ferna quod est dos quasi contra dotem.

1 Vtrum requiratur æqualitas cum dote in ista donatione. R. olim si fiebat ibi ī cōstitutione dotis tunc non requirebatur æqualitas, ut C. de pac. conuen. tam supra do. l. ex morte. & d. l. fi. si uero dos prius erat constituta oportebat æqualitas. ut d. l. fi. §. sancimus, sed hodie qualitercunque oportet sit æqualitas, tam in donatione ꝓpter nuptias cum dote quā in lucro super utroque, per auth.

sic proponitur Paul. de Castr. in dicta l. pacta. C. de pac. & in consi. 99. incip. notandum est. Rom. consi. 44. incip. ex supra narrato. Et consil. 293. incip. præsupposito. Alexand. consi. 8. incip. Visis & consideratis. Vbi dicit hanc esse communem opinionem. Et consil. 298. incipien. Viso instrumēto dona. Franc. Aret. consi. 74. incip. diligenter & maturæ, ubi ꝑ hoc adducit, quod si esset cō tra bonos mores naturales uel iuregentiū non confirmaretur morte, quia habet perpetuam causam prohibitionis. l. generaliter. & l. si plagii. de uerborum obligatio. & tamen confirmat morte. l. papinianus. cum gloss. ff. de don. inter uirum & uxorem.

a Secūdum gl. ibidem] Dicta l. cum hic status. §. si ambo moriantur ruina uel naufragio.

b In dubio uero] Quid si mulieri itineranti ad domum mariti donat mariti. Nunquid ualeat. gloss. quod sic in l. cum te. C. de donat. ante nupt. Bald. ibi post Ieco. de Are. uidetur dicere ꝙ non. Vide Barba. ubi aliquid per Bal. in cap. iurauit, de proba. & Imo. in l. si socer. §. Lucius. ff. soluto matri.

c Et dicitur antiferna] Et sic est donatio reciproca.

Sed

a Sed ad quid ualet] Adde Abba. in d.c.fin. de donat. inter uirum & uxoré pōnêtem istos effectus.

b Not. gl. in c. non putamus] Et hoc elicitur ab illa gl. quæ dicit ibi. Non ualet pactū factum in præcario.

c In rub.] Bar. ibi aliter diffinit dotem, & reprehendit Azo. Differentiā uide ibi, quia nihil ad nos.

æqualitas posita super d.l. ex morte.

2 Vtrum solu. matri. donatio propter nuptias reuertatur ad uirum. ℞. ꝙ sic, ut d.l. fin. sicut & dos reuertitur ad mulierem. C. de re. uxo. ac.l. unica. §. illo proculdubio, & hoc uerum nisi pactum aliud habeat. Nam si pactum est ꝙ lucretur donationé propter nuptias, & uir lucrabitur dotem & econtra, quia d.l fi. dicit ꝙ pari passu uadunt scilicet quo ad pactū, quia æquale erit de lucrando donationem uel dotem, tale & de cōtrario, & hoc uerum nisi ex consuetudine sit derogatum. d.authen. ut est in multis locis, & ideo illam serua, ut no. in c. donatio de do. inter uirum & ux. & maxime Abb. ibi.

3 Sed ad quid ualet [a] donatio propter nuptias ex quo uxor eam lucratur nisi ex pacto speciali, ut d. §. illo nec fructus habeat dictæ donationis, ut C. eo. ti. l. si liberis. ℞. ꝙ ualet ut sit securior in dote ut dicit gl. in authen. dos data. C. de dona. ante nupt. in uer. meretur. Nam res suas uir alienat consentiē te uxore, & renunciare potest iuri hypothecario quod habeat in aliis bonis mariti. C. ad uelle. l. etiam, sed in donationis propter nuptias alienatione, aut obligatione nó potest mulier renunciare iuri hypothecario ꝑ iure suo quod habet in hac donatione propter nuptias, nec ualet consensus mulieris, ut C. ad uell. auth. siue auiæ, nisi interueniat iuramentum, ut in c. licet de iureiu. lib. 6. aut duo alia concurrant. Primum quod uxor cō sentiat post biennium secunda uice. Secundum ꝙ tantum sit in facultatib. uiri, ut indēnitati uxoris posit consuli, non solum tempore contractus, ut quidam dixerunt, sed ēt tempore quo uxor agere potest, ut no. in d. auth. siue auiæ, uel ꝙ per 30. an. tacuerit, licet secundo non consenserit, ut not. Pa. in c. peruenit, de empt. & uend. Item uiro dissipā te bona sua potest agere, sic propter donationem propter nupt. sicut pro dote. C. de iure do. l. ubi de quo dic ut no. ibidem, itē propter adulterium uiri lucratur, ut supra. Adulterium. §. 3.

4 Quid si soluatur matrimonium aliter ꝙ per mortem, nūnquid pactum uel consuetudo poterit facere ꝙ uir lucretur dotem, & sic mulier remaneat sine dote. ℞. fm Ho. ꝙ nō, ut not. in d.c. donatio. de do. inter uir. & uxo. & ideo præfatus. §. illo proculdubio, loquitur quando mulier decessit, quo casu tunc uir lucratur ratione pacti solum, secundum Ho. sed secūdum Car. in d.c. donatio etiam ratione consuetudinis, quia quod potest pactum potest & consuetudo, ut no. gl. in c. non putauimus, [b] de consue. lib. 6. in uer. officiali.

5 Quæritur statuto cauetur ꝙ si alter coniugum præmoriatur, alter lucretur dotem uel donationem propter nupt. an debeat intelligi de morte naturali, uel etiam de ingressu religionis. ℞. quòd tantum de morte naturali, non de ista ciuili, præsertim quia uerba statuti sunt facti, & in facto consistunt. cap. 1. de constitu. nec recipiunt casus fictos, ut l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. imo nec expresse posset prouidere, quòd muliere ingrediēte religionem uir lucraretur partem dotis cum libertas religionis grauaretur per diminutionem dotis quod fieri non debet. l. 1. §. onerandę. ff. quarum rer. actio non datur, & etiam quia disponeret statutum de reb. personæ religiosæ, quod non potest. c. fi. de re. ec. non ali.

6 Quid si ex pacto sit ut lucretur alio præmoriente. ℞. quòd pactum manet ualidum, quinimo purificatur per ingressum religionis, ut l. Deo nobis, C. de epi. & cle. & in authen. de san. epi. §. si uero constante.

DOs est quædam donatio facta a patre mulieri, uel ab extraneo, uel facta a muliere ipsi uiro pro oneribus matrimonii sustinendis, ita nota. Cano. Goff. & Hostien. in cap. Raynutius. de testamen. & per legistas in rubri. [c] ff. solu matrimo. & quippe proprium patrimonium mulieris ut ff. de mino. l 3. §. sed utrum in fi.

1 Quot sunt eius species. Respon. duæ. Prima dicitur profecticia, & est quæ a patre uel auo uel proauo, & huiusmodi paterno pro filia uel nepte, & huiusmodi de bonis eorum proficiscitur, uel quæ alias de mandato eorum uel nomine eorum & ipsi ratū habent constituitur, ut in l. profecticia. in prin. ff. de iu. do. etiam si filia esset emancipata. d. l. profecticia. §. fina. Secunda dicitur aduenticia, & est illa q̄ dat mulieri pro seipsa uel

a Vel quilibet.] Siue sit frater, siue sit alius quis etiam si sit pater, dummodo det non tanquam pater.

b Ad maritum.] Et etiam lucrum, sicut ad rei emptorem, æstimatio enim facit emptionem. d. l. plerunque. Vnde hoc casu si mulier uestem attriuerit reddetur æstimatio, ut ibi.

c Fetus.] Scilicet animalium. Idē ē in fundo cretifodinæ, uel argentifod no. ff. sol. mat. l. diuortio. §. si uir ī fundo. & hoc si renascantur &c. Secus ṫ ī est in fetu ancillarū dotaliū, qui nō cedit lucro ipsi marito. d. l. plerunque. §. si serui, eō est qa non cōputat in fructu, immo oia facta sunt ad usum humanæ naturæ. l. in pecudum. ff. de usu. Item secus est in lapidifodinis, ubi lapis nō renascitur, sicut in Asia & in Anglia. Et in arboribus non cedendis. d. l. diuortio. §. fundi, & duobus §. sequēs eā in ... cedē ... breue tps renascuntur, qa tūc possunt dici fructus, hoc idē tenet Bart. in d. § fundū, & in §. si uir in fundo. ff. so. ma. facit ex illis duas conclusiones. Prima est ꝙ arbores cedue cōputantur in fructibus sicut salices & huiusmodi, secus in arboribus fructiferis. Secunda conclusio ꝙ lapis qui nō renascit nō est in fructu, secus si renascitur. Et sic inducit Bar. ad q. pone maritus qui fuit notarius legauit uxori usumfructum oium bonorū suorū, an illud quod percipitur ex exēplatione prothocollorū pertineat ad mulierē. Et dicit ꝙ non. Illud. n. quod sic percipitur, & non renascitur non dr esse in fructu sed exēplatio prothocollorū sola semel fit. Et concludit Bart. in d. §. si qs fundum, ꝙ sicut maritus non pōt cedere arbores fructiferas sic nec ... etiam uasallus.

... Adde tex. & quod ibi no. d Iaso. in l. de diuortio. ff. sol. ma. Vbi in prin. dicit requiri tria, scilicet ꝙ maritus fructus dotis lucret, scilicet ꝙ matrimonium sit actualiter contractum, quia antequam contrahatur, fructus augent dotē. l. si marito. ff. so. ma. Secundo ut hic, & allegat l. cum post. §. iu domū. ff. de iu. do. Tertium quod requiritur est ꝙ dos sit tradita, qa si nihil traderetur nihil lucraretur, nisi mulier esset in mora tradendi, quia tūc bene lucraretur. Ratio autem istorum trium est equitas q̄dā, qa ex quo maritus sustinet onera matrimonii eo cōtracto, statuit lex, ꝙ maritus fructus lucret rei traditæ, uel in dotē, uel in pignus dūmodo sit facta traditio. Et de hoc est text. in c salubriter, de usu. Cessante uero illa equitate, quia. s. maritus nō sustinet onera matrimonii nō debet maritus fructus lucrari. l. alumne. §. seya. ff. de an. leg. text. est in l. ex facto, in prin. ff. de uul. & pupil. Quare et leges statuerunt ꝙ pro tēpore, pro quo maritus sustinet onera matrimonii, ꝓ rata illius fructus lucratur. d. l. de diuisione. uide ibi Moder.

uel qlibet [a] alius q̄ alias non descendit a patre uel auo, & hmōi. Itē aduenticia est si pf cum deberet filiæ cū volūtate eius dederit, vt d. l. ꝓfecticia in fi. Itē ē alia distinctio. aliqñ daī dos extimata, aliqñ inextimata, qñ extimata tradiī periculū ꝑtinet ad maritū. [b] Si vero inextimata ꝑtinebit ad mulierē. l. plerunque in prin. ff. de iu. do. Fructus tñ & fetus [c] rerū dotaliū lucraī maritus, vt in d. l. plerunque, ste quo ibi vide, & ꝑ gl. c. salubriter. de vsur. & Cano. ibi. & ꝑ Gof. in sum titu. de donatio in §. aduenticia. Limita tñ verum qñ fructus lucraī si sustinet onera matrimonii, alias non, sed restituunī mulieri. ff. de vsur. videamus, la 2. §. pe. Item ꝙ si dos esset in animalibus dēt maritus supplere de iā natis fetibus capita mortua. [e] d. l. plerunque d. §. si serui. Vtrū dos possit esse sine matrimonio ꝑsenti vel præterito. R. ꝙ non. C. de dona. ante nup. l. fi. [f] & iō solutū ꝓ dote vbi matrimoniū fuit nullū nō repetit nomine dotis, sed condictione sine cā. ff. de condi. sine causa. l. fina. & est priuilegiata hæc actio, quo ad mulierem sicut actio de dote, vt tenent doc. in c de prudētia, de dote post di. resti. & Abb. ibi sup 1. gl. facit l. 2. ff. de priuil. cre. [g] & sic ꝓponeī ꝫm quod infra dicā. §. 11. & 12.

3 Quāta debet esse dos. R. ꝙ ēt in modico pōt constitui, vt dicit gl. in l. imperialis. C. de nupt. in verbo dotalibus quod est circa mediū. l. & qa dos succedit loco alimentorum, vt not. per Bar. in l. titio centum, ver. 2. est videndū. §. titio genero. ff. de cōdi. & de. & per Bal. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. Ideo ꝫm hoc extimabitur & fiet pensatis [h] conditionibus & aliis qualitatibus.

4 Vtrū pater teneaī dotare filiā q̄ nupsit contra eius volūtatem. R. ꝫm Pan. in c. 1. de despon. impub. distinguēdo

e Capita mortua.] Et sic fallit illa regula. Cuius est emolumentū debet esse & periculum.

f L. fina.] Et l. 3. ff. de iure do. & ibi not. ꝙ ad hoc ut sit dos, oportet ꝙ matrimonium cōtractum sit, non solum de facto, sed etiam de iure alias esset putatiua, & si prius fuisset contractum, licet eo postea soluto tamē dicitur dos secundum Alex. post Pau. de Cast. in rub. ff. sol. matr. & Bar. in l. si marito. eod. titu. Et per hoc decidit Pau. q. de facto, stante statuto ꝙ mulier teneatur diuidere dotem equis portionibus filiis utriusque matrimonii, habet locum etiam soluto matrimonio, quia tunc fuit.

g ff. de priui. cre.] Vbi de actione funeraria, nam quacunque actione repetantur funeralia, illa actio est priuilegiata sicut funeraria.

h Pensatis.] Scilicet dos in magna uel parua quantitate, debet enim alimentari secundum dotis quantitatem, uel honorabilius uel leuius. l. si cum dotem. §. cum autem. ff. soluto matrimo. & cap. per uestras, de do. post di. re. Not. Panor. in dicto cap. salubriter.

aut nupsit indigno.[a] & tūc nōn tenetur. glo.est no.in c. de rᴘptoribus, in uer.excusa ta.36.q.1.quod intellige ſm do. Anto. in c.accedens, de procu. Inno.ibidem ſi eſt indignus turpi indignitate,ſecus ſi eſſet indignus.i.non paris conditionis. Veruntamē poterit minorem dotē dare ex conditione perſonæ,& faciunt q̄ habētur in l. cū poſt diuortiū.§.gener.ff.de iu.do. iuncta glo. in l.ſi uolūtate.[b] C.de dotis promiſ. Aut elegit dignū[c] uel non indignū, & tunc aut promiſit dotē, & ſic pater tenet̄ eam dotare, licet pater nō conſenſerit in tali ꝓmisſione, tñ filia ꝑ hāc ꝓmisſionē[d] releuat patrē a debito dotandi, & ideo tanquā in rē pr̄is uertat̄ iſta promisſio tenebit̄ pr̄ de in rē uerſo,ita dicit Bar. in l.obligantur.§.lege. ff. de act. & ob. ꝑ tex.in ſimili, in l.& ideo.§.fi. & l.filius.[e] ff.de in rē uer.aut non promiſit dotē,& ſic non tenet̄,[f] q̄a ex quo inuenit ſibi maritū ſine dote,& maritus teneat̄ eam alere ſicut filiā.[g] ut in aut.q mo.na.effi. le.§.pe.no.Inn.in c.ꝑ noſtras de do.inter uir & ux.& ēt ſi ꝓmoriat̄ relictis filiis tenet̄

ſine conſenſu patris ſic & filia poteſt nubere contra patris uoluntatem, ratio eſt, quia matrimoniū eſt quid ſpirituale, & in ſpiritualibus non curatur patria poteſtas,cap.fin.de iudic.lib.6.ita etiam tenet Barto.& Moder.in l.2.§. q ſi in patris.ff.ſolut. matrimo. facit quia de iure canonico non requiritur in matrimonio conſenſus pat is.c. hoc ſanctū. 32. quæſtio. 2. Canoni.in c.cum cauſa. de rapt. Ad fundamentū Pau.de Caſt. ſcilicet ad glo. d.c.cum ſecundum.ſ.q ius canonicum nō remouet iniuriā, dicit Abb.q illa glo. non eſt uera, uel ſi eſt uera loquitur quo ad priuatione lucri, ſed nos loquimur quo ad dānū, ſed non eſt par ratio lucri & damni,licet iſta reſpōſio parum ualeat &c. Tu uide Abb conſi. 12. primæ partis,& Car.Alex.in c.1.& d.Iaſ.in d.l.2.§.q ſi in patris,ubi late examinat.

a Indigno.]Pater non tenetur eam dotare.Contrarium uidetur tenere Ioan.And. & Imo. in d.c.accedens.Expreſſe Alex.in l.in 16.col.ff.ſol.mat.tenendum eſt q pater imo non teneatur per ipſam dotare.Et hoc tenuit glo. & doc.in d.c.cum cā. de rapt. D. Anto.& Io. An.in d.c.accedens.de procura.Bal.expreſſe in l.pater.C.de ſponſa. & in l. nec filium . C. de nup. & in l. 1.4. col.ff.ſolu. ma.Et ita tenet Alex. ſibi contrarius conſil. 97. incip.principalis. 1.uol.ponit etiam Sali. in l. ſi ut proponis.C.de nu. Et iſta uidetur eſſe communis opinio.

b In l.ſi uoluntate] Vide ſupra donatio. 3. in princ. in poſtil.

c Aut elegit dignum] Sed contra quando nubit ſine conſenſu patris uidetur tex. in aut.ſed ſi poſt.C.de inoffi.teſt.& in §.aliud quoque capitulum, in aut. ut cum de ap.cog. & Paul.de Caſtr.in d.auten.ſed ſi poſt.not.ad hoc, tunc ſic ſi pater poteſt exhæredare filiam quando nubit ſine conſenſu eius ante 25.annum,ergo multomagis non cogitur eam dotare. Bald. in auten.res quæ. C.communia de le.& l.fi.C.de do.promiſ. Et ſi diceres de iure ciuili hoc procedit ſecus de iure canonico, dicit Pau.q Fulg. dubitauit,an illa auten.eſſet conceſſa de iure canonico,& tamē ipſe firmat q non,quia procedit quantum ad iniuriam quam facit patri filia nubendo ſine eius uoluntate . Nam dato q de iure canonico tenuit matrimonium , non tamen remouetur iniuriam & ingratitudinem in patrem illatam,ut patet per glo.in c.cum ſecundum,de ſecund.nupt. Tu tamen dicas q illa auten. eſt correcta in totum, & q pater tenetur dotare filiam nubētem digno contra eius uoluntatem,etiā ſi ſit minor 25. annis. Et hoc tenet do. Abb. etiam q non poſſit exhæredari.conſil.12.incip. ut clare materia thematis , in 1. uolu. ubi utitur optimis rationibus, & in c.1.de deſpon. impu.ubi dicit ita communiter tenere doct. Mouetur quia ex quo filia utitur permiſſione canonica, ſcilicet nubendo contra uoluntatem patris , iuxta c.pen.§. fin.de ſecund. nupt.non debet incurrere uitium ingratitudinis , ne decipiatur ſub autoritate canonis. Et precipue , quia de iure canonico matrimonia debent eſſe libera ab omni metu pœnæ , & omni cohertione.cap.cum locum.c.requiſiſti, & ca. gemma.de ſponſa.ergo non debet poſſe exhæredari. Allegat Ioan. And. in cap. ſtatutum, de hæreti. in 6. ubi determinat non ualere ſtatutum imponens pœnam filiofami. contrahenti matrimonium

d Promisſionem.] Hoc autem intellige quando filia nupſit poſt 25.annum , quia ſi pater non poteſt ei impingere aliquam culpam ex quo tanto tempore diſtulit eam collocare,ut in §.ſi alicui,in aut.ut cum de ap.co.aut nupſit ante 25.ann. & credit Pa. q ex quo tenetur pater alere filiam, & dos loco alimentorū ſuccedit q tenetur eam dotare nec ex contractu iſtius matrimonii pōt denegare ſibi alimenta, cum in iſtis ſponſalibus filia non ſit ſub poteſtate paterna,ut in c.ſi annum,de iu.lib.6.fortius ergo tenetur dotare , quia cauſa dotis eſt fauorabilior cauſa alimentorum,ut not.Cy.in l non omni. C.de admi.tu.Intellige tamen cum diſtinctione hic poſita.ſ.aut promiſit dotem &c.Et ita conſuluit in q.de facto.

e Et l.filius.] Ibi nāque habetur, q filius mutuatus pecuniam ut filiam propriam maritet uidetur uerſum in rē aui qui tenebatur neptē dotare , ſi huius erat animi.Et Alex.ī poſtil.d.l. obligantur.Ad Bar.

f Et ſic nō tenetur.] Quia pater cogitur præſtare dotem ut filia poſſit reperire maritū.l.ū.C.de do.pro. & l.liberos.ff.de rit.nup.ergo &c.

g Sicut filiam.] Pa. p. ff do. Ant.in c. cum cauſa de rapto.dicit q melius alimentabitur puella ſi fuerit conſtituta dos,ar.l.ſi cum dotem.§.ſin autem,& ſi patrimonium ce.ff.ſol.mat. Item quia dos dicitur patrimonium mulieris.Et ideo deberet dotari ut ſic ſol. mat. haberet dotem paratam ad contrahendum cum alio. Nam per hanc rationem dos profecta a patre ab eo ſolo repeti poteſt.l.2. ff. ſolu.mat.q etiam maritus teneatur alere uxorem indotatam uidetur talium dum

dum habet patrem, ut not. Bart. & doc. in l. ꝙ in uxoré. ff. de neg. ge. & licet dictū Bar. uideatur esse equum, primum tamen uerius. Adde etiā Bal. cum tex. in l. fi. C. ad uelle. & ideo tenet, ut hic dicitur.

a Filiæ spuriæ.] Bart. hoc limitat nisi esset in magna quantitate in d. l. i. ff. de his quib. ut indi. quia tunc ꝓsumeret fraus l. 1. C. de natu. lib. & uide Bal. in l. eā quā. C. de fideiuss. 19. col. uer. pone dicit decretalis, ubi dicit ꝙ si pater reliquit filio spurio unum magnū podere ꝓ alimentis ꝙ ualet usq. ad modum alimentorum & non ultra. l. lucius. ff. de exercito. qa cā certis limiti... circūscri... tū pro... dum homi... tat & restrin... g... ff. de acqui. poss. l. si is qui animo, immo ... ꝙ tale legatum possit ad hæredes spurii transire, qa non rōne proprietatis, i. qua non ualet legatū nec rōne alimentorū, quia cū uita finitur. ff. de transac. l. cū hi. §. si uni, & ff. de usuf. l. dñi. §. fin. & uide infra filius. § 4.

b Ecclesiæ.] Ad ducitur ꝓ hoc

sibi relinquere quartā partē suorū bonorū ꝑfatus uir, secus si filios nō habuit, ut no. gl. in uer. quartā in §. pe. & iō cessat utrunq; debitū in patre. s. alimentorū & dotis. primū quia habet vñ alat se ex bonis mariti & dos succedit loco alimentorū, ut supra dictum est. & ita tenet Bar. in d. §. lege, & Ang. in l. si socer. in prin. ff. sol. ma. & Bal. in l. 1. ff. so. ma. & in l. fi. C. de do. ꝓ. Et sic limita gl. in c. fi. 32. q. 2. q̄ dicit ꝙ teneť eā dotare uerū si ꝓmisit. alias non. Non tñ habebit locū statutū quo cauet ut filia dotata nō succedat in tali muliere. ut not. Pa. in d. c. accedés nec excludiť a successione saltē legitime sicut cæteri filii, multomagis teneť pr̄ dotare filiā q̄ non contraxerit ꝯ eius uoluntatē, & ꝯ patrē pōt implorari officiū iudicis regr̄, ut docet filiā. l. q liberos. ff. de ritu nup. not. in d. §. lege habeť in l. fi. C. de do. ꝓmiss.

5 Vtrū frater teneatur dotare sororē ex eodē patre natā. ℞. Pa. in c. puenit de arbi. cōiter teneť ꝙ sic, no. glo. de layco in l. cū plures. §. pe. in uer. alterū. ff. de admi. tu. & ĩ l. nō oĩ. C. de ad. tu. ĩ gl. 2. Rō qa ſm Cy. in d. l. nō oĩ cā dotis est fauorabilior q̄ cā alimentorū ꝓpterea tenet Bar. in l. fi. ff. de his q. ut indi. ꝙ pr̄ pōt relinquere filiæ spuriæ [a] dotem, qa dos succedit loco alimētorū, idē no. in aut. ex cōplexu. C. de ince. nu. & in l. meminis §. duobus. 10. col. ŭ 3. q̄ro, in fi. q. ff. de leg. 2. Vñ sicut teneť alimentare, ut s̄. Alimēta, sic & dotare in casu necessitatis. Idē dic & fortius in clerico q magis teneť ad charitatē, ut in c. 1. & qđ ibi no. de emp. & uen. Et si nō

hēt alia bona pōt eā dotare, & aliā cōsanguineā de redditibus ecclīæ [b] si est inops qđ ꝓbatur ꝑ c. 1. de coha. cle. & mu. & in c. oĩno confitemur. 31. di. qa sicut ꝑ d. c. pōt alere consanguineos pauperes de redditibus ecclesiæ, ergo fortius dotare, cū sit fauorabilior, ut dictū est. Quod uerū credo, dūmodo cōstituat ad necessitatē suæ conditionis nō ad pōpā fastuositatis. ar. c. negociatorem. 88. dist. sic ergo qui tenetur alimentare tenetur dotare.

6 Vtrū uir possit constituere dotē uxori. ℞. Pa. in c. & si necesse. 1. not. de do. inter uir. & uxo. qđ non, post cōtractū matrimonium, secus si ante matrimoniū, qa pōt, ut l. 1. & qđ ibi no. C. de don. añ nup. n si sit constituta ut tunc dominiū adipiscat cū matrimoniū fuerit subsecutū, quia non ualet, ut in l. quod sponsæ. [c] de do. ante nup. quia nec ante matrimoniū dñium trāsiuit quia noluit nec post matrimonium qa nō potuit, ut ibi glo. fallit hoc in plebeio dotante nobilem quia uideť donare in recompensationem cum nobilitate, quia potest, ut s̄. donatio. 3. in prin.

7 Vtrū res emphyteotica possit a patre dari in dotem sine consensu dñi. ℞. Spe. ti. de loc. §. nunc aliqua. uer. 109. quod sic. Non transfert [d] tamē plus iuris habet quā ipse habet. ut in c. nuper. de do. inter ui. & uxo. nec soluet laudemium, quia est alienatio necessaria ſm Guil. & Bar. in l. & ideo. in prin. ff. de condi. fur. Similiter pōt dari in dotē extraneæ, si inextimata deť & soluet laudemiū, sed extimata non potest dari nisi filiæ.

8 Vtrum feudatarius consimiliter possit. ℞. Ioan. And. in d. c. nuper, quod non. Inno. tamen ibi tenet quod potest & eum sequitur Panor. ibidem, & etiam dicit in donatione propter nup. ego concor. sic quod uera est opin. secunda in feudo in quo succedit filia, & prima opin. in illo in quo non succedit quia sic est ratio diuersa ab emphyteosi, in qua succedit filia.

9 Vtrū uir possit repellere uxorē non soluta

c. nō satis. 86. di. ubi no. ꝙ pri us q̄s teneť alere suos q̄ extraneos. Vide s̄. Clericus. 13. §. 11. ubi plenissime.

c L. qđ sponsæ.] Nā actus collatus in tps q q̄s nō est futurus dñs ñ ualet, uide in c. Moyses 8. q. 1. & in rub. quod nō pa. de testa.

d Nō trāsfert.] Pone exēplū in eo q hēt rē ecclīasticā in emphiteosim ad uitā suā tm. Nā pt dotē cōcedere d illa nisi quatenus ipse uiuit, & iste est casus d. c. nuper.

a Vt filiam] Ibi nihil dicitur de istis uerbis, sed bene tractatur de uxore alenda. Abb. in d. c. p uestras, facit & hic duas illationes. prima q uxore abiecta ex eo quia nõ est soluta dos, põt tamẽ maritus agere ad dotẽ sibi promissam, ex quo paratũ se reddit uxorem reassumere soluta dote. Ita pbat d. c. p uras. Secunda q maritus nõ tenetur ad traducẽdã uxorẽ nõ soluta sibi dote, hæc Abb. ibi i 2. no. Adde tertio q si aliquis iurauit accipere aliquã in uxorem nulla facta cõmemoratione dotis, q nõ tenetur eã accipere i uxorẽ nisi soluatur dos sm facultates & conditiones mulieris iuxta gl. in l. obligamus. §. lege. ff. de act. & obl. Et quia dos est quid cõnexum matrimonio. l. qd' seruius. ff. de cõdi. ob causam. Ita Bal. in c. iurauit. 2. co. d' pbatio. refert d. Ias. in auth. preterea. C. unde uir & uxor.

b Primipillarii] Primipillus est primus administrator, uel qui pmũ pillũ fert . i. prima signa.

c Deliquer] Et hoc rõne publicæ utilitatis. q. pponẽda e priuatis cõmodis, ut dicit ibi tex. & in l. actionẽ. §. labeo. ff. p socio, & i l. 1. §. fi. C. de cadu. tol.

d Fauore mulierũ] Maxime si sunt uiduæ ut no. in d. c. nup. d' dona. iter ui. & uxo. & habeãt p se iustitiam.

e Vinco te] Pro ista regula est text. i c. autoritate, de cõcess. pbẽ. li. 6. & in c. dilectus. de offi. le. Et no. q. bona clerici sũt tacite obligata ipsi ecclesiæ, ut uult no. gl. i d. c. ex literis. Et rõ est qa cũ ecclesia æquiparetur minori, c. 1. d' i inte. rest. Et bõa tutoris tacite sunt obligata pupillo. l. fi. C. d' legitimis tutorib. cũ iuribus allegatis i glossa, ergo & c. Itẽ bona cõducentis uectigalia sunt tacite obligata fisco, ut in l. semp §. diuus. ff. de iure fisci.

sibi dote promissa. R. q sic, ut sentit Host. in c. p uestras de do. inter uirũ & uxo. Nã dos datur pp onera matrimonii sustinenda, ut in d. c. p uras, & in c. salubriter de usu. & in l. si cũ dotẽ. §. finaũt. ff. so. ma. ergo põt hæc onera recusare si nõ habet uñ sumat emolumenta bonus tex. est ibi. & Bal. i l. fi. C. ad Vell. post Cy. in l. uxorem. C. de neg. ges. & Bar. in tract. de ali. ex quo cõclude eum non teneri ad traductionẽ, dote prius non soluta, secus de debito coniugali.

10 Vtrum maritus ducens uxorem sine dote teneatur eã alere de suo. R. q sic sm statũ sue psone, ut no. & uolũt Inn. & Host. in d. c. per uras, & gl. in d. c. finaũt. dicit tex. in l. q si nulla. ff. de reli. & sum. fu. Rõ sm Ion. qa psonã suã dedit p dote ut in aũt qui. ¦ mo. natura effi. le. §. pe. & ff. ut in pos. lega. l. pe. dicitur q uxorem debet alere ut filiam. [a]

11 Quæ sunt priuilegia dotis. R. qd' multa. Primum qa oĩa bona uiri sunt tacite hypotecata pro dote nc est tex. in c. ex literis de pig. Secundum quia non perditur propter maleficiũ uiri nec etiam patris, ut not. glo. d. c. ex lris. Fallit in uxore primipillarii [b] qui in eo officio deliquit. [c] ut C. qui. mo. pi. ta. contra. l. satis notum. & C. de primipilla. l. utilitas. Tertium quia præponitur omnibus creditoribus ẽt prioribus qui habent personales actiones uel tacitas hypothecas, ut in l. assiduis. C. qui po. in pi. ha. secus habentibus expressas, ut no. gl. magna in d. l. assiduis, & Dy. ĩ regula quæ prior est lib. 6. Sed tamen dico cũ Pa. in d. c. ex literis. q si consuetudo est aliqua illam seruabo. l. si de interpretatione. ff. de le. cum si. Si uero non est dico quod fauore mulierum [d] debet præferri etiam habẽtibus expressas hypothecas, quia si mulier uincit eũ qui ad refectionem rei dedit, ut in authen. quo iure posita su per dicta l. assiduis. qui tamẽ præfertur anterioribus habẽtibus expressas hypothecas, ut l. interdum. ff. qui po. in pi. ha. ergo si uinco uincentem te multo magis uinco te [e] ut in l. de accessionibus. ff. de diuer. & temp. præscripti. ad minus casus dubius, & in facto dubio potior est conditio dotis, ut in cap. final. de re indi. & not. in cap. ex literis. de probatio. cum hac opi. est Petr. & Cy. & Ioan. And. [f] licet communiter docto tenea nt cum gloss. in dict. cap. ex literis, & istud priuileg. [g] ut præferatur sc creditoribus transit ad filios [h] eius secundum Alexã. de Imol. in l. etiã ff. solu. matr. & ibi est gloss. & alia in l. 1. C. de priui. do. licet Bart. [i] dicat contrarium. Sed potest intelligi opi. Bartol. ut non loquatur de hæredibus suis ut sunt filii, sed extraneis qui non habet hoc priuilegium, ut l. unica. C. de priui. do. Quartum quia ecclesia potest se impedire de dote non solum in fauorem uiduarũ, ut in c. nuper. de do. inter ui. & uxo. sed ẽt mariti i

f Et Ioã. An. Est ĩt opi. Ab. licet d. Ias. i §. fuerat insti. de act. super uerb. cred toribus d. cit cõem opi. se in cõtrariũ.

g Præferatur. licet hæc conclusio nisi alius creditor prior sit in simili iure, ut q a p dotẽ ... ut C. qui po. pig. hab. l. fi.

h Ad filios] Ias. i §. fuerat sup gl. i uer. cu ipsa, institu. de act. licet hoc est uerũ in filiis eius de mrimonii, ... cus si esset alterius quibus hæc priuilegia n cõpeteret Bar. i l. assiduis, ... illũ text. i uer. ... ff. q po. in pig ha. Idẽ tenet Bal. ... & Cu ge. Imo & ... ma. in d. l. et ... prin. ff. sol. ma.

i reprobata glo. ibi, & hæc est cõis opinio. q tenent cõiter gl. ut i l. si cũ pon ratore, & in l. fcied... ff. de re iu. & in l. uerũ. §. 1. ff. p so. & gl. i §. li. d' dote. insti. de act. Licet Barto. in d. l.

in d.l.etiam, in prin. & in l. si cum procuratore. ff. de re iu. Et uide in §. si de dote. insti. de act.

a Nisi iuramentum] Hoc est uerum quando sine ui uel dolo praestitum fuit iuramentum, ut in iuribus hic allegatis.

b His priuilegiis] Quaero nunquid mulier in secundo matrimonio collocata habeat ista priuilegia, ui. quod non, quia cum est nupta uidetur cessare rō priuilegiorum, quia conceduntur propter eam facilius maritanda. l. 1. cum ibi not. ff. solu. mat. si est maritata cessare debent, facit quod uoluit Bar. post Gutli. in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obl. quod quando pater compellatur officio iudicis dotare filiam. l. qui liberos. ff. de ritu. l. fi. C. de dotis promiss. tamen si est actualiter maritata pater non tenetur eam dotare, quia cessat rō propter quam [illegible] pro [illegible] casus in [illegible] suo po[illegible] i auth. [illegible] & in l. [illegible] de repud. [illegible] ut ibi [illegible] nisi fi[illegible] promisisset dotem, eo quia pater eam non maritabat, & [illegible] aliter [illegible] acci[illegible] Bar. [illegible] Sal. i aut. [illegible] C. cō[illegible] de leg. & i [illegible] liberos. [illegible] nup. Pa. in c. accedēs. de procur. Matheli. no. [illegible] contrarium in hoc teneat Bal. in d. aut. [illegible] in prin. Bar. tamen in l. supra. ff. solu. matr. [illegible] mulieri in matrimonio collocatae, cōpetere [illegible] priuilegia, quia dos est et necessaria non modo ad maritandū, sed ad onera mrimonii sustinēda l. pro oneribus. ff. de iure dot. Casus in l. assiduis. ff. qui po. in pigno. ha. i uer. assiduis. Et haec ē ueritas. An ista priuilegia habeat sponsa de futuro. gl. fi. in l. 2. ff. de priuileg. credi. nihil firmat. licet disputet Ang. de Are. i d. §. fuerat. refert Ang. i d. l. 2. tenere quod sic Cy. i l. assiduis. 7. q. C. qui po. in pig. ha. Contrarium tenuit gl. fi. i l. eos. C. q. po. i pig. ha. sēm quod eā refert Bar. in d. l. 2. §. fi. Et ita Bar. in d. §. fi. tenet & cōiter doct. Et Roma. in l. 1. ff. sol. ma. Et haec est ueritas, quia si priuilegia dātur pro dote & cū non dicatur dos ante cōtractum matrimonii per uerba de psenti, merito priuilegiū non erit. habent tñ locū dicta priuilegia in mrimonio putatiuo. Casus notabilis i l. si cūdo tē. §. fi. ubi gl. Bar. & alii. ff. so lu. matr. & ille tex. est singularis. gl. magna, & ibi Bal. in d. l. assiduis. Et Bal. i l. 1. C. de cōditio. obcau. Quid āt in cessionatio, & in exñeo dāte dotē. Vide d. Ias. i d. §. fuerat. i 4. no. insti. de act. & tractatū de dote. Baldi nouelli pdicta tñ intellige in priuilegio tacitae hypothecae.

petentis sibi dotē promissā. ut in c. per uestras. eo. ti. facit quod no. Inno. in c. lator, qui fi. sint le. quāuis alii contrarium teneant nisi accessorie. Quintum quia uiro uergēte ad inopiam iudice iubēte potest dari pecunia dotalis mercatori cum pacto ut capitale sit saluū, & de lucro pcipiant uir & uxor partem honestā cōpensato lucro cū dāno sine usura. ut c. 4 uestras. de donat. inter uir. & uxo. Ita tenet Io. And. & Car. in d. c. per uestras, & Ful. in l. cum duobus. ff. pro so. §. itē ex facto, alias est. l. si fratres. & Bald. in quodā consil. incipie. uiso instrumento facto inter not. Host. in sum. de usur. §. an aliquo. Pa. in c. nauiganti. de usu. dicit se dubitare. Sed ego credo cōtū usurariū nisi excusetur sēm quod i. dico. Societas. in §. 7. Sextum quia fundus dotalis alienari nō potest ēt de consensu mulieris, ut not. i l. lex iulia. ff. de fun. do. & C. ad Velleia. auth. siue a me. nec ēt in hypothecam dari, ut l. unica. §. cū lex. C. de rei uxo. act. Quod uerum est nisi iuramentum [a] interueniat, ut in c. cum contingat. de iureiu. & c. licet de iureiur. libr. 6. Multa sunt & alia priuilegia in iure, de quibus uide si placet Spec. eo. titu. haec omitto quia nihil ad confessorem tene tamen quod his priuilegiis [b] gaudet, dummodo mulier sit catholica, alias non, ut C. de haer. aut. itē priuilegiū dotis.

12 Vtrum eadē priuilegia habeat in donatione propter nupt. quae habet in dote. Rñ. Pan. post Innocen. in d. c. ex literis. de pigno. quod aut mulier agit ad donationem propter nup. tanquā specialiter sibi obligatā pro dote, & tūc habet priuilegium dotis, quia aut potius pro dote quā pro donatione propter nuptias. Si uero agit ut eam lucretur, sic non gaudet, quia cessant rationes [c] priuilegii dotis, sed bene habet tacitam hypothecam l. ubi C. de iu. do. intellige communē non priuilegiatā, ut praeferatur aliis habentibus eam. In paraphernalibus autē habes. i. Paraphernalia. §. 2.

13 Ad quem pertinebit dos soluto matrimonio. R. quòd licet maritus de subtilitate iuris efficiat dñs dotis sibi datae, ut in l. in re. C. de iure dot. & l. dote ancillam. C. de rei uendi. tñ ad eum non pertinet post mortē uxoris nisi in duobus casibus. Primus quādo inerat pactum de lucranda, [d] dote uel donatione pp nup. ut dictū. s. in pcedenti. c. Secundus qñ uxor intestata decedit deficientibus liberis & propinquis uir succedit, & ecōuerso uxor uiro. l. unica. C. unde uir & uxor, sed pertinebit ad eū qui eā cōstituit si stipulatus ē eā sibi restitui, siue sit extraneus. [e]

c Cessāt rōnes] d. Ias. idē tenet & late examinat in §. fuerat. in 4. no. insti. de act.

d Lucranda. Vt si paciscatur de tota dote uel eius parte post mortē uxoris lucranda. ut l. ex morte. in prin. cum auth. ibi posita. C. de pac. conuen.

e Extraneus] Extraneus dicitur quicunque filiam non

non habet in potestate d.§. accedit.

a Vxori] Et Bar.in 5.q. Et hẽt hoc aliquos effectus de qb. ibi ꝑ Bar. Et loquimur hic de dote ꝓfectitia.

b Vt sunt communiter] Debet tamen seruari ius cõmune ubi non est consuetudo, uel statutum in contrarium. Et no. ẽt q si pactum debet ualere de lucranda dote oportet q sit æqualitas īter ui. & uxo. ut. s. uxor lucretur donationem ꝓpter nuptias ĩ tanta quantitate, ut dicit Pa. in d.c. fin. post Inn. de don. inter ui. & uxo.

c C. ꝑ uestras] Ille tex. limitat omnia iura ciuilia dicentia, q uiro uergente ad inopiam mulier põt peteredotẽ, & no. q sufficit q uir malè utat̃ substãtia sua licet sit ditissimus, de hoc no. Bar. in repe. l. si constante. ff. solu. ma. & Pa. in d. c. peruestras, & hoc de iure autenticorum qđ latius prouidit quã ius ffórum in d.l. si constãte, & ius. C. in l. ubi. C. de iu. do. per d. l. ubi tñ hr̃ singulariter q mulier põt petere donationem ꝓpter nuptias, cum hodie subiiciatur talis donatio oneribus patrimonii. Et not. sĩgulariter tex. in d. c. per uestras, qui limitat totum tit. C. ne fideiu. do. den. & hoc ne oriatur ꝑfidia inter uir. & ux. q non habeat locum ubi uir uergit ad inopiam. hæc Bar. & Pa. ubi supra nec ualeret consuetu- do, q præstarentur fideiussores super dote restitue- da, quia non esset rationabilis. ar. l. 1. C. ne fideiu- dot. den. Non datur. n. ne nascatur perfidia inter ui. & uxo. ideo oportet q consuetudo sit cũ causa. Sed qñ maritus ad inopiam uerg- tunc ualet c- rio ne ma- scandalum - sciretur.

d Cum aliis co- cor.] Paul. - Ca. consil. - incipit hæc m- lier.

e Balneũ] - l. optimè - & adde q - deputat ma- pia, siue uxori- ad detinẽda - stimẽta balnea- riũ infamis e- l. athletas. - ait prætor. - de his qui no- infa.

f Recuperet ei- Vide Gl. & Pa. in c. plerunque. de donat. inter ui. & ux. & - in l. contẽ- C. de repud. - uer. sibi.

g C. ult. de biga.] Vbi in ma- trimoniis co- rrahendis a- ctas inspicit- hæc no. in d. - plerique. de d- post di. re.

h Et placet ma- gis] Prima - opi. uidetur - tionabilior - licet ut p - cęteris ma- delinquend- ferat, & ne- cogitetur ta- probatio co- tra matrim- niũ nec ob- q penalia - extenduntur - quia hic n- fit extensi- simus in c- suo, eo ma- mè quia - tio legis d- attendi. Et -

ut in l.unica.§.accedit. C. de rei uxo.acti. siue sit pater, si autem non sit stipulatus, tũc si est extraneus qui eam constituit reddet uxori [a] si superest uel hæredibus eius, si autẽ est pater in duobus casib. erit filiæ. Primus si eam emancipauit. Secundus si pater præmoriatur ante eam, alias filia præmoriente erit patris ẽt si extant liberi ex filia, ut dicit Vinc. per l. dos a patre. C. sol. ma. cum qua opi. communiter transeunt Canonistæ, ut dicit Pa. in c. fi. de dot. inter uir. & uxor. & Bart. in l. post dotem. 5. qõ. ubi examinat. ff. solu. matr. & glo. in d. l. dos, sed opi. contraria quæ uult q restituatur liberis prę ualuit in usu, ut dicit d. glo. sed filia superstite & patre & non emancipata, tunc patri, & filiæ, nec alteri sine consensu alterius reddetur. l. 2. §. q si in patris. ff. sol. mat. Si uero est mulier quæ sibi constituit dotem tunc reddetur sibi. d. l. unica. §. sciendum. C. de rei uxo. actio. uel hæredib. suis, nisi ratione adulterii perdiderit, ut infra dicam, prædicta limita uera nisi sint statuta qui aliter disponant, ut sunt communiter.[b]

14 Sed nunquid uiro uergente ad inopiam potest uxor petere dotem constante matrimonio. ℞. q sic, si modo ipsa eam non sit consumptura, de quo uide in c. per uestras, [c] de dona. inter ui. & ux. & in l. ubi. C. de iure do.

15 Vtrum uir propter adulterium uxoris lucretur dotem. ℞. q sic, si per sententiam fit diuortium, de do. inter uir. & uxo. c. plerunque, uel per exceptionem; ut dictum est supra. Adulterium. §. 3. Quod limito, dummodo ipse uxori fidẽ non fregerit etiam uxore inscia, quia in conscientia quo ad lucrum dotis credo q illud habeat locum paria delicta mutua compensatione tolluntur, ut dicit. l. uiro. ff. so. mat. cum concor. ibi positis, & ff. de do. in l. si duo. cum aliis concor.[d] ut in c. intelleximus, de adul. cum aliis concor. Item lucratur si uxor intrauit balneum [e] cũ uiro alieno. ẽm glo. 81. dist. non oportet. Similiter uxor donationem propter nuptias si uir cũ muliere alia, allegat l. ult. C. de repu. Fallit in istis duobus casibus quando mulier habet filios, quia tunc filii habebunt dotem quo ad proprietatem & alia bona matris suæ ẽm Io. An. in d. c. plerunque. Facit authen. sed hodie. C. de adul. maritus autẽ usumfructum habebit.

19 Vtrum amissa dote propter adulterium si mulieri constet de impedimento tali q non erat matrimonium recuperat eam.[f] ℞. q nõ propter intentionem cum opere subsecuto. ar. c. nuper. & c. ulti. de biga.[g] hoc tenet Host. Gof. Lau. Ber. & Io. sed Can. tenet q recuperet, & placet magis [h] ne pœna excedat casum suum.

8 Sed nunquid licitũ sic sit uiro cõicare cũ uxore excõicata. R. quidã dicunt q nõ, sed tu tene q similiter licite cõmunicare põt, quia ad impari a nõ iudicãtur uir & uxor. c. gaudemus, de diuor. uerũ est q si uir cum debeat esse caput mulieris. 33. qõ. 5. hoc imago non inducit uxorẽ ad petendam absolutionem ẽm q debet & tenetur, peccat mortaliter. 2. q. 7. c. neglige-re, & esset excommunicatus minori excõmunicatione sacit. c. sicut. 7. q. 1. secus quãdo non potest eam cogere, & suscepit necessaria ab ea uel efficeretur peior.

9 Sed quid si uir uocat ad mẽsam excommunicatum, nunquid mulier poterit licite cũ eis comedere. R. q non, sed comedat in alia mẽsa diuersa ab illa.[c]

10 Humile sub hoc excusanť filii, serui, & ancille. Rod. tamẽ intelligit de filiis q sunt in patria potestate, secus de emancipatis, quia tenentur euitare eum, nisi ipsi cõmensales eius essent, & ab eo necessaria haberent, quia sic excusarẽtur. Idem dicit[d] Hug. de patre respectu filii q tenetur uitare filium excommunicatum, nisi ab eo recipiat alimenta, & idem tenet Inn. quod limitandum puto qñ non facile potest aliunde necessaria habere.[e]

11 Excusantur etiam serui, ancille, rustici etiam medietarii seruientes, & omnes alii subditi[f] de familia excommunicati, qui non adeo curiales sunt ut eorum consilio scelera perpetrentur, tales enim personæ ex quo erant ante sententiam latam ad familiare obsequium exhibendum astricti excusantur cõicando etiam post sententiam.[g] c. inter alia eo. tit. Idem intelligas de nutricibus & illis qui contraxerunt societatem uel alio modo per aliquem contractum eis erant obligati. Quod limitat Hostien. & Ber. quando sine eorum incommodo non possunt abstinere. similiter conductor mercenarii facere potest, quamuis postea excõicetur. Idem dic de uasallis & habentibus emphyteosim ab eis quod possunt ei reddere pensiones, & alia ad quæ obligantur secundum ueriorem opinionem.[h]

12 Sed quid dicemus de illo qui uel ex cõtractu uel ex iuramento teneť aliquid soluere uel

[b] Bono immo si possint] Et dicit Host. q etiã extra casum necessitatis possunt recipere, dũmõ sit spes de profectu.

[a] Habere nõ possum] Nõ solũ i spiritualibus sed ét in tẽporalibus. Pro quanta aũt necessitate uł utilitate, liceat hoc agere arbitrio boni uiri limitãdum est. confiteri ei minime licet sed solũ baptismũ, a deficiente alio non excõicato. s. confessio. 3. §. 2.

[c] Diuersa ab illa] & remota ut possit dici, q non comedans simul.

[d] Idẽ dicit Hu.] Not. tñ de patribus & dñis q tutius uř dicere q nõ excusanť cũ teneanť corrigere suos minores ne inciderent in causam anathematis. 11. q. 1. & alia. s. Gof. & Host. Tho. i 4. d. 17. dicit q ad minus debent eis cõicare in his in quibus obligati sunt, quia sicut inferiores cõligantur ad obsequium superiorũ. Ita & superiores ad prouidẽdũ inferiorũ. Et de similibus casibus idẽ iudicium.

[e] Necessaria habere] Dũmõ in eo mõ nõ participet.

[f] Et omnes alii subditi] Vt monachi participãtes cũ abbate excõmunicato ẽm uerbũ, qa sunt quasi de familia eius, siř & clerici cũ suo põtifice si sunt officio deputati, sicut & alii seruiẽtes, secus de aliis ẽm Hosti. facit. c. maritus. 93. dis. hęc Archiepi. Flor. Idẽ dic de seruiente armigero, licet dñs cõicet, excõicatis ipse non participat.

[g] Etiã post sententiã] Idem si necessitas eos compulisset fieri de eius familia post sñiam.

[h] Veriorẽ opi.] An hic interim sint absoluti ab obsequio si delitatis Inno. & Ho. in c. ueritatis de do. & contu. referunt duas opin. Tu dic si cõmode pñt abstinere, teneť uitare g ca. nos sanctorũ. 15. q. 6. alias non. c. qm mul tos. 12. q. 3.

a Sed mihi placet opi.] Pa. in in d.c. inter alia in fi. dicit ꝙ debet pecuniã deponere ĩ ede sacra, & sic utiliter agere negocium ut per hoc citius ueniat ad satisfactionem. Si tamen superior contumacia excommunicati exigente absolueret cũ ab obseruatione iuramenti quandiu fuerit sic ligatus. Quod potest ecclesia, ut patet 15. q. 6. iuratos. Et de reg. iur. uenientes, & de pœ. c. fi. non teneretur deponere uide Pan. in d. ca. ueritatis, in 13. col. uer. sed circa.

b Se esse solutum] Si erat homo timoratus, & tunc temporis seruabat, & modo non seruat excommunicationem debeo credere eũ absolutũ, alias secus.

c Pro fide defẽdenda] Quia ex quo ille solebat fidẽ defendere ut tenebatur, & cogit aliquẽ ut sibi participet, facit ut contẽnatur clauis ecclesiastica, unde peccat mortaliter, & incurreret minorem. In aliis autem non tenetur participãdo ex q̃ uo mortaliter, ui. Pa. in d. capitu. sacris.

uel dare alicui in certo termino, qui postea excommunicatur. ℞. ꝙ super hoc fuit diuersa opi. inter doc. sed mihi placet opi.[a] Hosti. quod si talis obligatus potest desistere a tali solutione uel datione sine suo incommodo uel damno, ꝙ non tenetur, nec debet cum excommunicato participare dando uel soluẽdo quod promiserat, quia in omni iuramento uel obligatiõe subintelligitur ista clausula. s. si talis permãserit cui liceat communicare. ar. 22. q. 2. ne quis nec peccat non adimplendo quod promiserat si facit ex zelo ecclesiasticæ disciplinæ, secus si faceret solum ex cupiditate auaritiæ, quia sic peccaret quo ad Deum.

13 Quid si quis contrahat cum excõicato, nunquid excusabitur participando postea. ℞. ꝙ si hoc facit ex magna sua necessitate, puta q̃a non potest aliter uiuere bono modo, sic excusatur per c. si uere. eo ti. Si autem non fuit compulsus a tali necessitate, sic non excusabitur participando cum eo si modo cõtraxit sciens eum excommunicatum. hæc eliciũtur ex dictis doc. in c. nos sanctorum. 15. q. 6. & ĩ c. ueritatis, de do. & contu. in d. c. si uere.

14 Res ignorata, s. quando ignorando cum excõicato participat, quod intellige uerum nisi ignorantia sit crassa uel affectata, & sic non excusaretur. Idem de iuris ignorantia.

15 Sed quid si audiuit de aliquo ꝙ sit excommunicatus, nunquid tenet eum uitare. ℞. ꝙ aut probabiliter credit eũ excõicatum, puta quia hoc habuit a personis grauib. & fide dignis, & sic tenetur, si autem nõ credit probabiliter excõicatum, non debet eum uitare, sed deponat conscientiam. s. quod non sit excõmunicatus, quia multi multa loquntur, & qui cito credit leuis est corde, quod si non potest eam deponere, tenetur eum uitare ar. c. inquisitioni. e. ti. ubi bonus tex.

16 Vtrum semel excommunicatus sit semper uitandus. ℞ ꝙ sic, nisi constet de absolutione, per regulam semel malus, de reg. iur. in 6. & est bonus tex. pro hoc in cap. proposuit de cleri. excom. mi. quod limito quoad conscientiam uerum, nisi esset talis persona de qua probabiliter posset credi dicto suo affirmanti se esse solutum.[b] argu. c. ex parte de offi. ordi.

17 Necesse propter necessitatem cõloquentis excõicato excusatur unde si necessitas est absoluta, quæ dicitur uis, sic clarum est ꝙ excusat per c. sacris, de his quæ ui. uel me.

18 Sed quid de necessitate cõditionata quæ est metus. ℞. ꝙ aut metus est talis qui caderet in constantem uirum & sic ex tali metu participans etiam in diuinis nõ peccat nec incurrit minorem excommunicationem nisi participet in crimine uel nisi causa excõmunicationis esset pro fide defendenda[c] ratio quia ex quo quis non tenetur obedire prælato præcipienti ꝙ se exponat morti uel cruciatui & huiusmodi nisi pro fide uel communi salute, quando alias non potest defensari, ut patet supra charitas. §. 5. & infra Religiosus. §. 29. Sic nullus tenetur uitare excõmunicatos, quando id facere non potest sine tali periculo, quia præceptum de excõmunicatis uitandis, cũ sit iuris positiui, non potest ad hoc ligare aliquem, si autem metus non sit talis. sic participãs ex tali metu non euitat minorem excommunicationem. secundum hoc intellige d. ca. sacris, dicit ꝙ pro nullo metu debet quis peccatum mortale incurrere, quia præsupponit talem facere contra preceptum, quod seruare tenetur. Vel dic ꝙ loquitur de participatione in crimine uel de metu qui non caderet in constantem, & secundum prædictam distinctionem concorda doc. qui sunt uarii in d. c. sacris, quia ad eam non aduertunt.

19 Qui de necessitate uictus & huiusmodi nunquid talia possint peti ab excommunicato. ℞. ꝙ sic secundum communiter doc. in d. c. si uere, & in c. inter alia. eo. ti. unde scitur

uiter cõcludendo dico, q̃ qñ cõico excõicato non in eius fauorẽ aut cõmodũ, sed pro euitando damno mei patrimonii, uel subleuanda mea necessitate, non incido in minorẽ excõicationẽ, dummõ non participem in crimine, aut in diuinis extra casum iusti metus, ar. eorum quæ nói in d.c. nos sanctorum prædecessorum, & c. ueritatis.

20 Qũo debeo euitare excõicatũ. ℞. q̃ aut est occultus, & sic debeo eum euitare in occulto, puta exeundo ecclesiã fingendo aliã causam & huiusmodi, & taliter q̃ non prodam eum[a] ar. ca. si tantum. 6. q. 2. & c. cum nõ ab homine. eo tit. Et uoco hic occultum excõicatum illum qui cõiter habetur pro non excommunicato, licet aliq pauci sciãt, & nisi sit eius prælatus qui cũ eo communicat, quia talis prælatus tenetur eum monere ut ecclesiam exeat, & si nõ uult, si potest probare, debet eum publice increpare. Si uero est publice excõicatus, puta quia cõiter scitur, sic oportet eum publice euitare, unde si intrat ecclesiam causa orandi uel audiendi diuina debet eum publice monere uel exeat, q̃ si nolit, potest ad præceptũ sacerdotis uiolẽter eiici si mõ non immineat periculũ effusionis sanguinis, uel saltem debet de ecclesia ipsi exire.

21 Quid faciet sacerdos si incepta missa perpendit ibi excõicatũ esse. ℞. q̃ si est occultus non debet dimittere officium. 2. q. 1. nihil, nisi limita nisi sit prelatus suus & possit hoc probare, quia tunc faciet ut dictũ est in §. præcedẽti, si uero est publice excõicatus. Sic publice moneat eũ ut exeat, quod si nõ uult exire & sacerdos nondũ inchoauit canonẽ, debet dimittere missam ar. c. omnis. 24. q. 1. & hic nomine canonis intelligo a Te igitur, & ultra secundũm Arc. in c. de hymnis, de conse. di. 2. quamuis d. Alex. Vin. in c. cum mar. hæ. de cele. mis. recitet Host. Innoc. & Pa. tenere quod canon incipit a uerbis consecrationis si uero inchoauit, prosequatur usque ad sumptionem sacramenti, qua facta iterum moneat eum ut exeat, quod si nõ uult exire, dimittat post cõionem, & in sacristia eã dicat.

22 Vtrum participans cum excommunicato etiam ab inferiori suo, uel a se ligetur minori excommunicatione. ℞. secundum Pa in c. cum desideres. eo. ti. q̃ sic, si est inferior a papa, & addit q̃ etiam si uellet eum habere pro absoluto, nihilominus ligaretur, quia non potest eum tali modo absoluere.

EXCOMMVNICATIO ultimo de malis quæ inducit maior excommunicatio ut ostendatur quantũ est timenda Vbi sciendum quod 21. malum inducit.

1 Primo priuat participatione aliorum, nam excõmunicatus tenetur euitare alios, secundum Panormi.[c] in capi. nulli de sent. excommu. & contemnendo euitare alios totiens peccat mortaliter facit. capit. illud de cleric. excommu. mi. & cap. sicut. 2. quæstio. 7. unde licet excommunicato possint causa humanitatis in sustentationem uitæ etiam non expectata extrema necessitate necessaria uitæ ministrari, ut alimenta, uestes, & hospitium secundum gloss. in capitu. quoniam undecima quæstione tertia, tamen utensilia & alia instrumenta sine quibus uiuere potest,[d] non sunt ei ministranda. Solummodo ergo in casu in quo homo ex præcepto charitatis tenetur communicare cum eo, potest secundum Theodorum.

2 Secundo excludit hominem a sacramentis ecclesiæ. 3. q. 4. engeltrudam.

Tertio

---

a Non prodam eum] Quem nõ possum probare excommunicatum non debeo publice euitare, ne in decus famę suę uidear esse, & ista est ra io d. c. cum non ab homine. quam assignat ibi Abbas, si excommunicatio esset ab homine tunc esset notoria per c. uestra de coha. cleric. & mulie.

b Tali modo absoluere] Ratio quia episcopus subiacet dispositione iuris cõmunis, & ius commune obseruat certam formam. De papa habetur gl. in ca. nulli. eodem ti. Dicit tamẽ Pa. q̃ alias papa peccat, quia facit contra legem diuinam, quæ dicit. Sit tibi ut Ethnicus.

c Secundum Pa. Quantumcunque dicit ibi Pa. sit priuilegiatus debet euitare excommunicatos. Sed non loquitur de excommunicato scilicet an teneatur alios euitare, sed Ab. in d. cap. illud. Hostien. inquit q̃ excommunicato prohibetur communio acti ua & passiua. & Pa. in d. cap. nulli, dicit q̃ peccat grauiter alios communicando, quia uidetur contemnere excommunicationem, & usurpare communionem sibi interdictã. Imo excommunicatus tenetur euitare alium excommunicatũ secundum Ho. & cõiter hoc tenetur. Nam si priuilegium dari non potest, quod minus euitetur excommunicatus multominus etiam dari immunitas delinquenti, licet glos. teneat contrarium in c. deuotam. 27. qõ 1. & male, hęc Pa.

d Sine quibus uiuere potest] Vt securis fossorium gladius &c. Si autem talibus indigeret omnino possẽt ei ministrari secundum Ver.

3 Tertio priuat suffragio ecclesiæ, quod suffragium secũdum Theo. in 4. dist. 22. alias est 45. di. ubi de suffragiis, ualet ad quatuor, uidelicet ad augmẽtum gratiæ, quam habentiad merẽdum gratiam[a] quam non habent, ad protectionem dei habẽdam, & ad defensionem ab hostib. promerendam, & propterea dicitur tradi sathanæ in c. audi. 11. q. 3. unde sacerdos excommunicatus non potest dicere. Dominus uobiscum in officio. ar. c. nihil. 11. q. 3. Nihil sic dẽt formidare christian.

4 Quarto non potest interesse diuinis officiis, aut cum aliis orare in ecclesia, alias peccat mortaliter, nec debet extra ita prope stare ꝙ audiat de pœni. & remi. c. quod in te.[b] posset tamen solus in ecclesia orare.

5 Quinto excludit a regno cœlorum 24. q. 1. quodcunq. & 11. q. 3. c. nihil.[c]

6 Sexto si ingerit se diuinis existens in aliquo ordine irregularis efficitur, ut ĩ. Irregularitas. 1. §. 40. cum seq.

7 Septimo efficitur infamis 6. q. 1. infames hoc refertur secundum aliquos ad excõicationem notoriam.

8 Octauo nullum beneficiũ ecclesiasticum potest acquirere. c. postulasti de cle. exc. mi. & iu. c. cum bonæ, in fi. de æta. & qual.

9 Nono non potest eligere de appel. constitutis, primo nec eligi.

10 Decimo si sit excommunicatus recipit beneficium licet absoluatur postea, & ei cõcedatur, tamen fructus anteriores restituere tenetur,[d] c. sacro, co. ti. & c. pastoralis[e] in fi. de appel.

11 Vndecimo ab officio & beneficio est suspensus. d. c. pastoralis in fi.

12 Duodecimo obligati ei ex debito fidelitatis sicut sunt uasalli, non tenentur ei quãdiu durat excõicatio secundum Pa. in d. c. ueritatis.

13 Tertiodecimo non potest contrahere matrimonium sine peccato mortali, licet teneat.

14 Quartodecimo non ualẽt literæ impetratæ a papa per eum super alio art. c. ipso iure[c] de resc. li. 6. est c. primum.

15 Quintodecimo nullus potest pro eo orare, intellige solenniter.[f]

16 Sextodecimo non potest constitui procurator, de probatio. post cessionem nec procuratorem constituere, c. a. si. de procur. quod limita uerũ, ut actor, secus ut reus ad defendendum se. cap. intelleximus. de iudi.

17 Decimoseptimo ꝙ stans excommunicatus per annum potest priuari omnib. beneficiis si qua habet. 11. q. 3. rursus & c. quicunque secundo. quod limitat gl.[g] si in c. cum contumacia, de hæ. li. 6. Inn. in d. c. cum bonæ, & d. Ant. in d. c. 1. de iudi.[h] uerum si excõmunicatus fuit pro causa criminali, secus si pro ciuili, qa si stetisset per mille annos nõ posset priuari gl. est singularis in c. contingit, de dolo & contu.

18 Decimooctauo quod debet soluere pro singulo die unum grossum antequam absoluatur, secundum statutum aliquorum episcoporũ, quod quidem licet uideatur symoniacum per capit. ad nostram, & cap. nemo, de symonia. tamen Hostien. & Ioan. And. in c. ad aures,[i] de symoni. determinant contrarium

a Ad merendã gratiam] Intellige de cõgruo ut not. Tho. in prima secundæ q. ult. Et uide Nic. super Matthæ. 9. capitu. Vt saluus fiat spiritus. Traditur autem Sathanæ, quia habet in eo potestatem quasi in pecore suo. 22. q. 1. §. his auctoritatibus, ui de Panor. in c. ita quorundã, de iudæis.

b Cap. quod in te] Istud cap. loquitur de interdicto, & uidetur ad hoc parum facere, nisi in argumentum, quia declaratur ꝙ possit fieri tẽpore interdicti, sed parum ad propositum, hoc tenet Rayn. uide in supplemento excommun. 1. §. 19.

c C. nemo] Vbi dicitur ꝙ anathema est æternæ mortis donatio, scilicet cum contemnitur, quia alias est medicinalis c. 1. co. li. 6.

d Restituere tenetur] Ratio quia beneficiũ datur pro seruitio, sed iste non seruit, igitur &c.

e C. pastoralis] Vbi dicit Pan. quod excõmunicato non est prouidẽdum in aliquo nisi famæ periret. Et ratio est, quia potest sibi subuenire, petẽdo absolutionem, & idem esset in suspenso propter contumaciam, secus si propter crimẽ. gl. no. in c. cum uit omen. de ele. ctione.

f Solenniter] Et specialiter publice, priuatæ tamen potest pro eo orari, & ecclesia in parasceue generaliter orat pro hæreticis.

g Quod limitat gl.] Pro certo nescio comprehendere, Illa gl. sic dicit bene dicit gl. si quis est excommunicatus pro crimine si stat per annum in ea habetur pro conuicto.

h In capi. primo, de iudi.] Habetur in textu. quod excõmunicatus nõ est ipso facto priuatus beneficiis, si quæ habet.

i In cap. ad aures] Ibi Pan. allegat. Host. idem tenentem, & facit. ... to caute ... excommunicatus soluat decem libras pro quolibet mense, quo stetit se, quo excommunicatus, quia ualet utique nam ... gitur pro contumacia absoluatur ... prius & postea exactio ... secundum statutum.

Sunt

a Sunt actus publici] Similiter si profert at constitutiones uel sententias, sunt ipso iure nulle. Idē si sunt de eius mandato late actus publici & communes sunt, ut tutoris officiū & arbiter actus publici officii est alienatio rei ecclesiasticæ per prælatum c. ueritatis, de do. & cō tu. actus priuati officii est animi qs cōtraxit noie pprio ut locādo &c. Actus cōis officii ubi procuratoris officiū c. post cessionē, de pbatio.

b Quãuis multi doc.] Dicit Pay. si contractus nō obligant ad communicandū cū excommunicato, licet peccet & secundum aliquos mortaliter nunc communicādo, in contractu tamē tenet contractus ut si quis uendat & tradat rē excōmunicato, & statim precium recipiat, si uero obligat se ad communicandū cū excōicato in causa nō concessa non tenet contractus & si iuret, hæc ille.

c Communius tñ.] De hoc post Pa. in rubr. de testa. Et uide infra testamentum §. 1.

d Quia equiparatur.] Ponit Pa. in ca. pasto-

& quod licitum est, quod intellige uerū, si sit in pœnā, & ut citius quærat absolutionem.

19 Decimonono non ualent contractus facti p excōmunicatum ratione publici officii, si erat publice excommunicatus, unde actus publici & ciuiles non tenent, puta quia tutor existens interponit autoritatem alienādi seu suscipit procuratoris officium uł administrationē bonorū ecclesiæ, aut instrumenta conficit, siue ut arbiter laudū protulit, quia tales sunt actus publici [a]. Si uero promissum fuit ī eum ut arbitratorem, ita q arbitramentū accipiat effectum ex consensu partiū, ut est quando reducit partes ad concordiam bene tenet, non ex ui sue sententiæ, sed consensus partium. Gesta autem per occulte communicatum in temporalibus ratione publici officii bene tenēt, si modo officium est publicū autoritate & utilitate, secus si fuisset publicum autoritate, sed utilitate priuatum ut tutela & huiusmodi, ſm Pa. in c. post cessionem de pba. quia si erat excōmunicatus tempore assumptionis officii, non ualet generaliter, ut puta quia fuit constitutus pcurator qui erat excommunicatus: secus si post cōstitutionē fuit excommunicatus, qa tenent nisi excipiatur secundum Pa. in d. c. post cessionē, quo tamen ad actus spirituales si sunt tales in quibus imprimitur caracter, sic tenent, ut collatio ordinum & huiusmodi, licet indigeat dispēsatione taliter ordinatus, ut J. irregularitas. 1. §. 3. alii autem actus spirituales in quibus nō imprimitur caracter ut collatio beneficii & huiusmodi tenent, quando nō est publice excommunicatus ratione publici officii. l. barbarius. ff. de offi. præto. sunt tñ retractandi si is in cuius fauorem sunt facti sciebat eum excommunicatum, sed dubitatur de excommunicatione an teneat ratione publici officii lata ab excommunicato occulto Pan. in d. c. ueritatis de do. & contu. & uide eundem in c. si uere, eo. titu. tenet post factum ad pœnam irregularitatis euitādam, q non ualeat, & placet. Electio etiā licet uideatur quo ad capitulū pertinere ad officium publicum, tamen quo ad singulares non est officium publicū, sed est quædam fraternitas, & ideo non tenet facta ab excommunicato, etiam occulto. Alii autem contractus super temporalibus initi nō ratione publici officii, sed priuati, ut emptio, uenditio &c. cōmuniter tenetur q tenent, ut no. Pa. in c. si uere, in uers. generaliter, eo. tit. & in d. c. ueritatis in 10 colum. & seq. late tractat hanc materiam quãuis multi doc. [b] teneant fore nullos contractus.

20 Vigesimo non potest testamentum facere secundum aliquos, communius tamen [c] tenetur q potest testari, ut not. Alber. in l. 1. C. de hære. institu. & Car. in c. quãquam, de usu. lib. 6. in ult. glo. in arg. & Pa. in c. ad pbandū, de re iudi. qa equiparatur [d] relegato.

21 Vltimo priuatur ecclesiastica sepultura, quia cui non communicamus uiuo nec mortuo communicare debemus c. sacris, de sepult. quod limita nisi absoluatur, uide multa alia si placet d. c. ad probandum, & in c. ueritatis, & in c. si uere notata, a doc. [e]

ralis, de appel. 10. col. utrum scilicet æquiparet relegato.

e Notata a doc.] Vbi plene inuenies, & maxime in d. c. ad probandum.

EXCVSATVR quis a peccato ex decē. Primo ex alienatione mentis illicitum agens, quam alienationem adducit quãdoque facti qualitas, sicut Loth quando uoluit filias prostituere, ut liberaret quos susceperat, ut dicit Augu. in c. quod ait 14. distinct. Aliquando furor siue insania. Aliquando ebrietas. Vnde quando ex toto qs est extra seipsum excusatur a toto, ut patet in c. aliquos scimus, & c. illa cauenda 15. q. 1. & in c. inebriauerunt, ibidem patet q est puniendus pro ebrietate sed non pro commisso in ipsa & sic uidetur tenere glo. ibidem, de quo uide supra ebrietas §. 3. Secundo ex coactione. Intellige absoluta, facit c.

non est 15.q.1.& 50.di.c.presbyteros. Tertio ex ignorantia siue errore. Intellige ut di cā.j. ignorantia.§.3. facit ꝑ hoc 15.q.6.si a sacerdotibus 34.q.2.in lectum. Quarto excusat consuetudo, de quo.s̃. Consuetudo.§.9. Quinto necessitas, de consecra. dist. 5. discipulos. Sexto pietas, ut patet c.conquestus, de fer. Septimo iocatio & ludus, ut in c. 1. de senten. excommu. & 15.q.1. illud relatum est sub c.merito, & adde.l.illud relatum.ff.ad l.aqui.in arg.dummodo nō sit noxius q.a.ff. ad l. a qui. l. nam ludus noxius in culpa est. Octauo quando fecit diligentiam debitam, ut in c.quidam, ut asseris, de homi. Nono indeliberatio mentis 23.q.4. Nabuchodonosor. Decimo ex obedientia superioris 14.q.5. c. dicit dominus 11.quæst.3.quid ergo 23.qō.1.quid culpatur. Intellige si non sunt contra legem superioris, ut 11.q.3. si dominus, & capitulo sequēti.

1 Vtrum clericus cui episcopus præcipit ut uadat romā, possit se excusare, quia alii sunt meliores & magis apti. ℞. gloss. in uersic. intermitti, in d.c.quid ergo & 23.q.1.c. fi. ꝙ non, quia in legationibus ordo non est seruandus. ff.de legatis.l.sciēdum. §. pe. Item quia Ioan. ultimo, respōdit dominus Petro, quid ad te, tu me sequere.

EXECVTOR proprie dicitur qui rem iudicatā ducit ad effectum, ut dicit gloss. in c. super quæstionum de officio delega. in uersic. quā executorem, de quo habetur 2.qō.6.c.ei qui appellat uersic. ab executore, & in cap. nouit de appella. de hoc tex. in l. executor. C. de execu. rei iudi. & multis aliis locis qui aliquando dicitur merus executor, quādo causa est cognita a superiore & mera executio sibi mandatur, unde ab isto appellari non potest, tam de iure canonico quam ciuili, ut de re iudicata c. quod ad consultationē: & dicto uer. ab executore, & C. quorum ap pella. non re. l. ab executione, nisi executor sententiæ [a] modum excedat, ut dicit tex tus in dicta l. Aut nisi male interpretetur sententiam & huiusmodi, de quibus per glo. in dicto capitu. quod ad consultationem in uersic. excedatur. Aliquando uero dicitur mixtus, & est quando aliquid a superiore mandatur exequendum simpliciter. Vnde talis debet dimittere rationabiles exceptiones quantūcunque ei absolute scribatur ca. ex parte el secundo de officio delegati, & c. cam te decet de eta. & qualita. & in c. cum a deo de rescrip. Et hoc uerum nisi constet ꝙ superior ex certa scientia sic uelit, ut notata gloss. in dicto capitulo ex parte. Et ab isto executore mixto potest appellari si aggrauat uel iniuriatur, [b] ut C. de appellationibus. l. si quis procuratione.

1 Quis potest esse executor in causis ecclesiasticis. ℞. merus executor potest esse quilibet clericus. Mixtus uero non nisi in dignitate constitutus aut personatum habens. Vel canonicus ecclesiæ cathedralis personatum habens, alias si commissio fit ei auctoritate literarum apostolicarum uel legatorum, aut delegatorum apostolicorum. Secus si ab aliis, [c] quia tunc quilibet clericus potest esse, ut patet per not. in cap. statutum, de rescrip. lib. 6.

2 Executores [d] testamentorū, siue fidei commissarii q possunt dari. ℞. ꝙ siue testator clericus, siue laicus potest deputare executores tam laicos q̃ clericos seculares & etiam religiosos quoscunq;, dummodo religiosi a suis superioribus obtineant licentiam exequendi, [e] exceptis fratribus minoribus quibus est ꝓhibitū, in clemē. exiui, in §.cūq; dicti ordinis, proinde uir sanctus de uerbo. sign. Fallit hoc ſm Bar. in minorica, lib. 3. c. 1. qn̄ distributio dēt fieri in fratres ipsos uel moniales Sancte Clare subiectas cure ipsorum hærede uoluntarie soluente, quia sic frater minor potest esse executor, & quòd tam clericus religiosus quam laicus possit esse executor, not. in cap. religiosus, in glo. 1. de testa. libro 6. & per docto. in capit. tua nobis, & ibi Panor. in capit. Ioannes, de testa. etiam si sit minor 25. ann. secundum glo. in

a Sententię modum excedat] Ipsum plus debito grauādo, ut mittēdo aduersariū in possessionem rei magnę cū sufficeret parue, ut ante tēpus quā drimestre.

b Vel iniuriat] Quod pōt dupliciter fieri, primo si post sniam uerberauerit litigātē, uel si cōminatus fuerit sic, si appellaueris sententiā mandabo citius executioni, hæc glo. in d.l.si qs prouocatus.

c Ab aliis] Vt ab ēpo, ratio est qa ēps notitiā hēt suorū clericorum.

d Executores] Adde Bald. in l.id quod pauperibus. C. de epi.& cle.uersi. 7.quero. Et ibi quid de excōmunicato bannito &c.

e Licentiā exequendi] Dūmodo non retrahat a diuinis, ſm qđ no. Pa. in c. Ioannes, in fi. de testa. alias pñt tū rōne piecause, qa ultime uolūtatis executio est fauorabilis & pia.

glo.in d.capit. religiosus, & hoc de consuetudine. Et sequitur Albri. in l. nulli licere. C. de episco. & cleri. dummodo adultus sit. Item non admittitur seruus, nec surdus, mutus, prodigus, furiosus, quamuis aliqui tenuerint ꝙ etiam seruus & pupillus possit esse, ut ibi not. Albri. sed est uerius ꝙ non.

3 Vtrum fœmina possit deputari, glo. Ioan. And. in d.ca. religiosus, tenet ꝙ consuetudo [quæ est optima interpres legum] habet ꝙ sic. Pa. in d. cap. tua nobis, dicit ꝙ alias fuit consultum, ꝙ non potest. Sed Bald. tenet cum Ioã. And & placet, quia mulier non comparet, ut procuratrix, sed intẽtat actionem nomine proprio, de quo per eundem Bald. in l. id quod pauperibus. uersicu. secundo quæro, & in l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleric. & sic non ob. l. neque scientia. ff. de procu. & l. alienam. C. eo. & l. 2. ff. de regul. iur. & 3. q. 7 §. tria, quia [ut dixi] non ut procuratrix cõparet.

4 Vtrum possint deputari mixtim, [a] scilicet secularis & religiosus simul uel clericus. ℞. ꝙ sic secundum Ioã. And. in d.c. Ioannes.

5 Vtrum cum simpliciter deputantur tres uel quatuor executores, uno mortuo alii possint procedere. ℞. ꝙ sic, uel etiam si uiueret & nollet exequi, possent ipsi exequi, nisi testator aliud expresserit, ut est text. in d. capit. religiosus.

6 Quid si unus executorum uiuit, sed est in remotis. ℞. ꝙ nihilominus cæteri exequentur, ut in d. capitulo religiosus, immo secũdum gl. ibidem non est necesse uocetur tũc sicut & in electione, ut in cap. quia propter, & in cap. cum inter uniuersas, de elec. secus si non multum distaret, quia tunc uocandus esset, & si in termino assignato non uenerit procedent cæteri, & hoc intellige quando simpliciter sunt deputati. Secus si cum [b] aliqua limitatione, puta ꝙ unus sine alio non possit & huiusmodi, qa tunc seruandum est quod testator statuit, ut in d. c. religiosus.

7 Vtrum officium præfati executoris transeat in hæredibus ℞. glo. in d.c. religiosus, ꝙ nõ nisi testator expresserit Et hoc tene per dictum text. [c] licet aliqui tenuerint ꝙ transeat per l. cum unus, & l. a filio in prin. & l. alimenta in prin. ff. de ali. & ci. leg. alii uero ꝙ re integra non transibit, sed non integra sic, ut de elec. c. in causis, & l. mandatum. C. manda.

8 Quid si sit deputatus executor abbas sancti Proculi, an eo mortuo successor eius exequetur. ℞. Glo. in d.c. religiosus, ꝙ si abbas mortuus erat propinquus testatori non trãsibit ad successorem, quia uidetur electa persona ex affectione, siue nomen eius fuerit expressum uel non, facit ad hoc 12. q. 3. pontifices, de test. requisisti, si autem non erat propinquus, tunc si nomen erat expressum non transibit, si uero non erat expressum, transibit, de offi. delega. quoniam, & d.c. requisisti Et ibi Abb. 6. nota.

9 Quæritur an teneatur deputatus executor acceptare. ℞. Pa. in d.c. Ioannes ꝙ non, nisi tacite acceptasset, uel expresse, quia non posset renunciare, [d] & dicitur tacite acceptare quando aliquid fecit, quod pertinet ad hoc, & huiusmodi. Item si scienter recepit literas quibus sibi officium deferebatur, ar. l. 1. §. 1. ff. de procur. aut si ipse consensit quando testator ad illud officiũ eum deputabat, [e] ad hoc l. uxori. §. 1. ff. ad l. cor. de fal. facit l. ex sententia. ff. de te. tu. Posset tamen Episcopus in legatis ad pias causas citra acceptationem compellere, si non ut executorem saltem ut delegatum sicut in quali bet alia delegatione, ut C. qui pro sua iurisdi.

Rr

a Mixtim] Scilicet qñ uocantur tãquam diuersa capita, secus aũt si uocarentur ut collegiũ, quasi uelit dicere sm Pa. ĩ d.c. ꝙ ad collegium seu uniuersitatem faciendã non admittunt hoĩes disparis ꝓfessionis, ꝓ hoc, c. ꝑ tuas, de arbi. & in ca. ubi periculum, de elec. li. 6. sed limita qñ uaria sunt studia respectu professionis si autem omnino idẽ est studium nõ impedit diuersitas ꝓfessionis eos simul collegialiter congregari, exemplũ in uniuersitate scholariũ, ut no. Bar. in l. fi. ff. de colle. illi. & Inn. in ca. cũ in ecclesiarũ, de offic. or. & uide Bald. in d. l. id qđ pauperibus. C. de episc. & cle.

b Secus si cum] Si igitur unus non uult uel mortuus est, tunc Epõs exequetur, ut in c. si hæredes, & in c. tua, de testa.

c Per dictũ tex.] Isto mortuo, qa non eius industria non amicitia electa est de offi. dele. c. ult. ff. pro so. l. actione. §. morte, sequitur l. ibidẽ super gl.

d Posset renunciare] Pro hoc facit text. ibi post mãdatum susceptũ, rõ qa ꝯtus a principio est uoluntatis, & post necessitatis, facit l. sicut. C. de act. & obli. Idẽ si erat pñs & tacuit, oñ. s. officium sibi cõferebatur, ꝓ hoc l. filiusfami. §. inuitus. ff. de ꝓcur.

e Deputabat] Vel si ipse scripsit, ꝙ eũ testator ad illud officium deputauit.

risdi.l.unica, & c pastoralis. de offi. deleg.

10 Quando tenentur executores exequi. ℞. Pa.in c. nos quidem, de testa. ꝙ aut testator prouidit sibi de tẽpore, & illud serua unũ tamẽ semper not. ꝙ licet testator mãdet aliquid fieri infra certũ tempus computandum a die mortis intelligitur & suppletur a die scientie & adite [a] hæreditatis, ut probat text. in l.statuliberos. §. si quis hæredi. ff. de statulibe. facit iuncta glo. in l.fi.§. si autem dubius. C.de iure deliberan. Si uero testator non prouidit sibi de tempore, tunc Pan dicit in c.si hæredes, de testa. ꝙ si res legata est in patrimonio testatoris potest solui sine mora. [b] Nam dominium illico, adita hæreditate transit in legatarium, ut in l.si tibi homo.§.cum seruus, & ꝙ ibi no.ff.de le.1. & in l.cũ res in prin. ibidem dicitur quod si non soluatur sine mora hæredes condemnantur ad præstãdum usurã, & oẽm utilitatem. Idem ẽt si esset pecuniã legata, ut in l.si domus.§. in pecunia. ff. de le. 1. ubi diciẽ ꝙ ad solutionem tẽpus modicum dandum est, sed glo. ibidẽ illud breue tẽpus dicit fore. 10. dies a præcepto iudicis, uel saltem arbitrariũ pensata qualitate & quantitate hæreditatis, & si non habet debet reperire undecunque.s.pecuniã in testõ legatam. l.si pecunia ff. de le.2. Et hoc tene quo ad obligationem, quo autem ad pœnam.s.ut cogãtur soluere cũ omni emolumento & interesse, dic ꝙ in legatis ad pias [c] causas est tẽpus sex mensiũ, ut in auth. de ec. ti. §.si autẽ legatũ. Idẽ dicerem in legatis ad non pias cãs ꝑ argu. a maiori in d.§.si aũt legatum, & hoc a die insinuationis testamẽti, & ꝙ si per annum a die monitionis per iudicẽ sibi factæ non impleti, quæcunque relicta priuaĩ tota hæreditate, & ueniet ad substitutos, uel si nõ sunt ueniet ordine seruato cohæredibus adeuntibus, uel generali fideicommissario, & cæteris secundum quod habetur in auth. amplius. C.de fideicom. licet posset iudex cogere etiam ante præfatum tempus executores, uel hæredes alio remedio hæc etiam colliguntur ex Ab.in d.c.nos quidem.

11 Vtrum executore non exequente deuoluatur ad Episcopum executio. ℞. Pa. in d.c. nos quidem, ꝙ si præcessit duplex monitio post negligentiam debentis exequi statim in legatis ad pias causas deuoluetur, nec requiritur aliud tempus nec expectatur annus ut uidetur innuere tex. in authen. de ec. ti. §. si autem qui hoc iussi sunt. Et sic intelligerem no. per Barto. in d. authen. amplius in uersicũ. extra glo. Si sola unica monitio præcessit expectatur annus antequam deuoluatur ad Episcopum, sed aduerte ꝙ hodie Episcopi per statuta disponitur ut currat annus a die mortis admonẽdo generaliter quoscunque, & sic post annũ deuoluetur intelligendo a die mortis & scientię & aditę hęreditatis, ut supra dixi. Ita dicit Pa. Limitat Ric. in 4.di.45 ar.4.q.3. hoc uerum si hẽt bona in promptu, de quibus possit infra annum legata implere, alias non deuoluit ad Episcopum, quod not.

12 Quæritur quidam reliquit centum pauperibus declarandis per semproniũ, an elapso anno declaratione nõ facta Episcopus possit eligere pauperes uigore statuti pręallegati in precedenti.qõ. Respon. Bar. [d] in l.cum quidam ita.ff.de leg.2. & sequitur Pa. in d.cap. nos quidam, ꝙ non, quia statutum loquitur de executore & in eo haberet locum, ut nõ posset amplius se intromittere, ar.c.literas, de sup. neg. præla. sed habens declarare est executor, sicut dicimus differentiam inter iudicem qui declarat & executor. C.de exe. rei iud. l.executorem quod not. quia probat ꝙ frater minor qui nõ potest esse executor bene potest esse declarator, & similiter consultor, cum nullo iure prohibeatur, de quo dic ut infra.§.26.

13 Vtrũ præfata deuolutio habeat locum tã in legatis ad pias causas, quam non pias. ℞. Pan. in ca. si hæredes de test. ꝙ in legatis ad pias causas non est dubium. In aliis autem est diuersitas inter do. sed ipse Pa. sic cõcordat, ꝙ aut Episcopus uult se impedire antequam

a Adite hæreditatis] In legatis ad pias causas nõ expectaĩ tempus adite hęreditatis, secundum Bal. in l. id quod pauperibus, de epi. & cle. uersi. ulti. circa tẽpus. De materia istius. §. uide infra legatum. 2. §. penul.

b Sine mora] Et sic isto casu potest hæres compelli ad soluendum legatum non expectato anni cursu d.c. si hæredes.

c In legatis ad pias] Si hæres negat hæc legata ad pias causas & perseuerat in negatione usque a sententiam cõdemnantur, ut soluat duplum text. not. in §. item mixta, insti. de act. Et aliquid per Bart. in authen. hoc amplius. C.de fideicommis.

d Resp. Bar.] Dicit ꝙ habuit de facto uide ibi Alex. in postil.

tequā hæres sit priuatus hęreditate. s. ante lapsum anni, & sic potest se impedire & compellere. Similiter si hæres incidit in pœnam priuationis, sed de facto eam possidet, quia nemo eā petit, nā tunc cessat rō.d. authē. amplius, quæ uult hæreditas cū onere exequendi trāseat ad alium, & habebit locum.d.c. si hæredes quod loquitur generaliter, nec ob.quod non debet Eps impendere officiū suum imploratum ad utilitatem priuatam contra determinata in c. bone memorie el 1. de postu. præla. quia pro quo impēdit est miserabilis psona, & iō pōt, [a] ut ibi not. quia defunctus est destitutus omni auxilio, & ideo merito ét non imploratus pōt iudex impendere officium suū. Aut uult se impedire post q̄ peruenit ad alios hæreditas pp priuationem primorum, & sic non pōt respectu executionis, sed bene respectu cōpulsionis fiēde hęredi nouo, ut exequatur. quia tūc habebit locum.d.authen. amplius & sic concorda. d.c. si hæredes cum d.aut.amplius.

14 Quid si testator expresse ꝓhibuit ne Episcopus se impediat. ℞. Pa. in c. tua nobis, de testa. ꝙ quo ad compulsionē executorū non ualet,[b] qa sicut ipse si uiueret non posset se eximere a foro Episcopi, ita nec executores subtrahere potuit, ut patet in d.c. tua nobis. Quo uero ad deuolutionē executionis dicit idē Pa. ibidē, ꝙ si testator ꝓuidit de alio executore in casu negligētiæ primi, ille exequetur nō Eps, ar. in l. nulli, & in l. si quis ad declinandā. C. de episc. & cle. aut solum prohibuit Episcopis exequi non prouiso sibi de alio executore, tunc in legatis ad pias causas nihilominus exequetur, non obstante prohibitione. tex. bonus est in authen. de ec. ti. §. si quis autem pro redemptione cum duobus §. se. & in d. c. tua nobis, in aliis autem non.

15 Vtrum executor habeat actionem contra hęredem. ℞. Panor. in c. Ioannes de testa. quod aut est purus executor, & sic nec de iure ciuili nec canonico habet, sed pōt implorare officiū iudicis cō tra detinentes bona defuncti, [c] arg in l. hæreditas in fi. ff. de peti. hære. & in l. quintus. ff. de an. lega. & hoc uoluit Dy. in l. lacius. §. meuia duos. ff. ad trebel. & Bar. in l. si quis titio. ff. de leg. 2. glo. in d. §. meuia limitāt uerum, nisi in legatis ad pias causas, quia tunc dicit [d] habere actionem contra hæredes. al legat. l. nulli. C. de epis. & cle. Idem tenet gl. in d. l. titio. Si uero non est purus executor sed legatarius, sicut quando uerba dispositionis conferuntur in eum tacite uel expresse. exemplū dicit testator relinquo titio centum & uolo illa restituat seio [e] tunc poterit agere contra detinentem bona tanquā legatarius, & est utile, quia si deficeret fideicommissum ex persona fideicommissaria accresceret sibi & non hæredi, ut in d. l. si quis titio. Idem erit ubi tacite confertur in eum depositio, puta quia est particeps illius relicti, secundum glo. in d. §. meuia, & in d. l. si quis titio, & ibi uide per Bart.

16 Vtrum executor possit uendere bona defuncti pro executione ultimæ uoluntatis. Respon. Pa. in d. cap. Ioannes, ꝙ si est executor uniuersalis, puta quia omnia sunt distribuenda pauperibus, sic poterit d. l. si quis ad declinandum. Si uero est particularis, non potest nisi testator expresse cōcesserit, ut in l. alio hærede. ff. de ali. & ci. le. sicut cōmuniter hodie est in testamentis, datur libera uendendi autoritas ipsis pro executione ultimæ uoluntatis, & quid importent dicta uerba, uide Bar. in d. l. alio & cautela est ꝙ addatur sic dans eis generale mandatum cum libera administratione, agendi, exigendi, distrahendi &c. [f]

a Et ideo pōt] Quia iudex ecclesiasticus subuenire dēt omnibus oppressis & miserabilibus personis destitutis omni auxilio. c. super quibusdā. de uerbo. signi, 87. dist. quasi ꝑ totum, nā Episcopus habet respectum ad uoluntatē defuncti implendam. d. c. si hæredis, ibi ut uoluntas &c.

b Non ualet] Quia priuata dispositio testatoris nō pōt gnalē constitutionē legis uel canonis immutare, de testa. c. requisisti. Et de le. 1. l. nemo potest. 10. q. 1. sic quidam, sic ét falcidiam contra uoluntatē testatoris inducitur. C. ad l. falci. si ut alle gas not. in c. fi. de success. ab intest. hoc glō. in d. c. tua nobis in uer. interdici.

c Bona defuncti] Et poterit Episcopus cōpellere executores, ut implorent officiū iudicis, per d. c. Ioannes.

d Quia tunc dicit] idem in legatis alimentorum. gl. in d. l. si quis titio, & in d. §. meuio. Bart. in l. alio. ff. de alimen. lega.

e Illa restituat] Licet. n. nullam cōmoditaté habeat ex quo tñ uerba legati in eum conferuntur tacite uel expresse dr legatarius.

f Distrahendi &c.] Et hoc casu potest uendere etiam bona immobilia minoris absq. decreto iudicis. Alex. consi. 62. 2. partis incip. uisa facti narratione, uide ibi plene.

17 Vtrum cum testator relinquit centum pro restituẽdo male ablatis, & non repe riuntur male ablata, usque ad illam summam, residuum sit distribuendum. ℞. Panor. in dicto cap. tua nobis. Iaco. de Are. in trac. executionis, ut refert & sequitur Bal. in d. l. si quis ad declinandam. uer si. iuxta hoc quęro, ponamus distinguit q́ aut testator prohibuit in alium usum conuerti, & sic cedet hæredi residuum quemadmodum quando deficit aliud legatum, ut d. l. si quis Titio, & expressio causæ limitat legatum ut in l. fi. ff. de au. & argen. leg. aut simpliciter disposuit, & tunc debet dictum residuum dari pauperibus, ut in l. legatum. ff. de usu. & usufru. le. quia sicut destinatum in unum piũ usum si non potest debet cõuerti in alium pium,[a] ut in c. nos quidem de testa. & facit in ar. d. l. legatum, sic & hic, & hoc puto uerissimum, tenet etiam Io. An. in addit. Spe. in ti. de instr. edi. §. nunc uero aliqua, uersi. & scias, & maxime secũdum Pa. ubi supra quia ex quo expressit certam quantitatem præsumendum est illã deberi, licet non appareant creditores. Et idẽ dicit fore seruandum in cautione, quam faciũt usurarii, ut etiam no. in c. quamquam de usu. lib. 6. Consulo tamen hoc fiendum de consilio episcopi, uel hæredis, & illud sequendum in conscienta, q̃uis alii distinguant si executor est nudus minister, & sic reddet hæredi d. l. si quis titio. & l. codicillis in prin. eo. ti. si uero non est nudus executor, & tunc residuum erit ipsius executoris, posset hæc opi. in conscientia procedere, quando legasset dicto executori, cum expressione creditorum secundum quod in libro suo inueniet & huiusmodi, quia tunc residuũ summæ uideretur uoluisse legare executori, ut l. pater. §. tusculanus. ff. de le. 3. & l. filio. §. matri. ff. de adi. leg.

18 Vtrum executor cui testator dedit aliquid ad distribuendum ubi ei uidebitur & placuerit, teneatur illud distribuere in pios usus. ℞. sic, si aliud non appareret de mente testatoris, facit c. cum tibi de testa. Sed melius uerbum uidebitur & uerbũ placuerit quod refertur ad arbitrium boni uiri. ff. de fideicom. lib. l. thais. §. sorore sua & l. fideicommis. libertas. la 2. Bonus autem uir arbitrabitur magis ad salutem animæ testatoris dispensandum quam alias, de foro compet. cap. conquestus, & ad salutem magis facit ut inter pauperes dispensetur. l. id quod pauperibus, & l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cle. Nec impeditur dispositio testatoris, licet non sint expresse personæ quibus debeat fieri, ut in dictis legibus. Item, quia debemus interpretari uoluntatem testatoris in meliorem & fauorabiliorem causam propter regulam, quia in testamentis sit melior interpretatio. c. cum di cti. de do. ff. de re. iudi. l. in testamentis, ff. de ui tri. oleoque le. l. 3. §. si uinum cum ergo nulla sit melior quam ut in pauperes Christi dispensetur, ita fiet, aliter si non fiet, episcopus reuocare poterit & debet executionem. Petamen de Peru. trac. de can. por. episcopi. c. 9. tenet q́ medietas debet dari pauperibus & medietas piis locis, nihil tamen allegat, & est satis equa.

19 Vtrum executor etiam cum consensu episcopi posit immutare usum destinatum per testatorem in meliorem. Vide infra legatum. 2. §. 11.

20 Vtrum religiosus exemptus deputatus executor si in exequendo deliquit possit puniri ab ordinario.[b] ℞. q́ sic tex. est in clementina unica de testa. ubi etiam eis religiosis imponitur ut reddant rationem[c] de execu-

delibe. & in l. in actione. ff. de fur. & ar. in l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mi. Nã quando aliquid probari potest, liquide probandum est & solum propter difficultatem statur iuramẽto. Et ita dicit se tenuisse in d. l. id quod pauperibus. C. de epi. & cle. hanc eandem opi. tenuit Gemi. in c. fi. de testa. li. 6. in §. fi. in uer. quid si sit dubium.

a In alium piũ] Si relinquũtur cẽtum promissis cantandis, quæ tamen cantari nõ possunt propter interdictum, conuerrentur illa centum ad alium pium usum uide infra legatum. 2. §. 11. cũ sequen. usque in fi.

b Ab ordinario] No. casum in quo exemptio nõ uitiat Vide alium in cle. attendẽtes. de sta. mo. in cl. 1. de sup. neg. præla. Et ratio est, quia res nõ est exempta circa quam deliquit, & ordinarius procedit uice papæ. Simile de priuile. c. 1. li. 6.

c Vt reddant rationem] Multo fortius alius executor tenetur reddere rationem. Sicut determinant Bald. in l. nulli licere. C. de epi. & cleri. quamquam non sit subtilis inquisitio facienda, & quando nõ posset sibi parare probationes, quia forte expense essent minute suo iuramẽto staretur, secus quando diligens homo sibi eas parasset quia erant expense & distributiones magnæ, quia tunc nõ staretur suo simplici iuramẽto, arg. eorum, quæ no. in l. fi. §. in computatione. C. de iu.

ne ordinariis [a] & similiter ordinariis ut exigant. Limitat Ric. in 4. di. 45. ar. 5. q. 2. uerum in religiosis qui habẽt exceptionem communem, qui tamen possent conueniri ratione contractus uel delicti seu rei ut in c. 1. de priui. lib. 6. Secus in aliis qui ẽt ex prædictis conueniri non possunt, quia non possunt tales puniri ab ordinariis, & placet.

21 Vtrum prælatus religiosi qui dedit lĩiam acceptandi executionẽ religioso possit eã reuocare[b] re ẽt nõ ĩtegra. R. gl. in uer. obtenta. in d. cle. unica ꝙ sic, cũ religiosus nõ hẽat uelle nec nolle, & executio fiet ꝑ collegã aut si alius deputatus non est per epm.

22 Vtrum executor possit distribuere ĩ filios uel cõsanguineos ꝓprios. vide s. Elec. §. 3

23 Vtrũ dilatio executionis pie preiudicet aĩæ testatoris. R. ẽm Ri. ubi s. q. 4. ꝙ sic, cuius rõ est duplex. Prima, qa ecclesia & pauperes non excitantur ad orandũ, sicut facerent si eis daretur legatũ, ac celeratio aũt feruentiũ orõnũ pro anima defuncti multũ ualet ad eius alleuiationẽ & clariorem expeditionem. Secunda ratio quia sicut anima in charitate decedens & aliquid purgabile secũ portans in hac uita meruit ut eleemosyne si pro ea dentur prosint non ad augmentum gratiæ, sed ad alleuiationem & breuiationem pœnæ, & iõ quanto citius impletur, tãto citius alleuiatur, & econuerso, quanto tardius impletur tanto tardius liberatur, non tñ propter hoc si nunquã implerentur perpetuo staret in pœnis, sed solum multo tardius liberaretur. Ex quo patet ꝙ grauissime peccant[c] & magnã proditionẽ faciunt q quam citius pñt non exequũtur, uñ uocantur necatores egentium.[d] in c. qui oblationes. el 1. cum duob. c. seq. 13. q. 2. & c. qui oblõnes, el 2 &. dñr uenire ad exinanitionẽ

a Ordinariis] Secundum Io. An. in c. Ioannes, de testa. hoc habet locum in eo qui habet iurisdictionẽ in loco, quasi diœcesanus, & ideo si alius citra epm haberet iurisdiõnem epalem, ut sunt multi abbates. De priui. abbates. in 6. poterunt isti hanc compulsionem facere. Et tene menti hoc dictum, ꝙ officiũ tributũ diœcesano potest exequi seu exerceri per eũ qui habet iurisdictionem episcopalem, uel quãdo in eo loco, quamquam non habeat iurisdictionem in tota diœcesi. Et pro hoc facit glo. not. in cle. 1. de re. ecc. non ali. e. Quæ uult ꝙ inferiores habentes iurisdictionem episcopalem possunt exercere omnia quæ pertinent ad iurisdictionem episcopalem. Quod latius ponit Pa. in cap. significasti, de for. compet. Hinc dixit Io. And. in dicto cap. Ioannes, ꝙ capitulum sede uacante succedit in hac potestate cõpellendi executores, quamquam uideatur dubitare an succedat in officio exequendi, quãdo est deuolutum episcopo, quia aliud est compellere, aliud exequi. Sicut in simili capitulum potest confirmare electiones, sed non potest beneficia conferre, ut in cap. cum olim, de maiori. & obedientia, iuncto cap. 1. ne sede uacan. li. 6. Sed Pa. nor. putat, ꝙ etiã capitulum potest exequi qui hoc non est iurisdictionis episcopalis, sed potius oneris quam honoris, & est officium necessarium. Pro hoc glossa, in clementina prima de hæreticis. Et cessat ratio quæ est in prohibitione collationis beneficiorum. Nam illa prohibetur, quia est quædam honorificentia, & computatur inter fructus, ut not. glo. in d. clem. cum olim. Sed executio est oneris, duntaxat, & nulla commoditas debet remanere apud capitulum, uel episcopum exequentem, ut l. nulli. C. de epi. & cle. in cap. nos quidem, de testa. hoc Pan. in d. c. Ioannes.

b Reuocare] Male tamen facit reuocando, licet subditus resistere possit, neque debeat. Et optime facit. 33. quæstio 5. manifestum &c.

2 Vtrū liceat alicui occidere seipsum, aut mutilare. ℞. ꝙ non sine mortali [a] peccato, quia nemo membrorum suorum est domīnus. 23. q. 5. si non licet, & in l. liber homo. la. 1. ad l. aquil. propterea dicit Augu. in d. c. si non licet. His ergo exceptis quos uel lex iusta generaliter, uel ipsæ fons iusticie deus specialiter iubet occidi, quisquis hominem uel seipsum uel quemlibet occiderit, homicidii crimine tenetur, hæc ille. Fallit hoc in mutilatione quæ fit causa medicaminis, q̄ licet. Et de hoc. 55. distin. capit. si quis el. 2. & 3.

3 Vtrum liceat alicui occidere seipsum ne aliquis cogat eum ad peccatū. ℞. quod non. ut in dic. cap. si nō licet, & 23. q. 4. displicet. Vnde Hierony. in capit. non est nostrum. 23. q. 5. dicit, unde & in persecutionibus nō licet mihi propria manu perire absq; eo ubi castitas periclitatur, hęc ille. Et licet aliqui ex hoc dicto dixerint quod ubi castitas impugnatur, licet se occidere, hoc est falsum, ut patet in præallegatis ca. Et ideo hæc dictio absque ponit̄ inclusiue sicut ibi. Pulchre sunt generetuæ, absque eo quod intrinsecus latet. Sic & dictio usq. ēt inclusiue ponitur. ff. de pigno. actio. l. 1. 13. quæstio. 2. ebron. Et quod legitur de Sanson q̄ se interfecit, & idem de aliquo alio, dicendum quod hoc fuit ex speciali reuelatione dei, ut dicitur in dict. capitu. si non licet.

4 Quid si iudex occidat malefactorem ordine iusticie non seruato. ℞. quod peccat mortaliter, sicut & quando ex animo uindicte uel ex cupiditate occidit, quia iuste q̄ iustum est exequeris dicit tex. in Deutero. & not. in di. c. reos (quod credo uerum) nisi ex aliqua uigenti causa hoc faceret, & notorie constaret occisum dignum morte. Et pro hoc facit. cap. de occidendis, & cap. officia. sed melius. cap. non frustra. 23. q. 5.

5 Vtrum liceat occidere furem. Respon. gloss. in cap. cum homo. 23. quæstio. quinta quod latronem insidiantem in itineribus & nocturnum depopulatorem agrorum licet cuilibet occidere. C. quando liceat uni. sine iudi. l. prima. & secunda la tronem seu furem nocturnum similiter licet, diurnum uero non, nisi armis se defendat ut in cap. si per fodiens de homi.

Limitat tamen Pau. in capitu. secunda prima, & secundā no de homici. & prædicta gloss. uerum, quando aliter non potest comprehendi. Facit. l. furem. ff. de sicca. & c. 2. de homici.

Limitant etiam secundo dicentes, quod quando fur nocturnus uel diurnus cognoscitur & res possunt rehaberi per iudicem, quòd non licet occidere, & facit quod no. Barto. [b] in dict. l. furem, alii in

a Aliter sic] dicit Bal. in d. l. si ut allegas, si cognoscere fu rem, tamen uerisimile coniectare possem eum recessurũ, & sic non poteto habere res meas, tunc licite possum occidere, & ponit exẽplum de debitore fugitiuo, de hoc dic. ut j. homicidium. 3. §. 1.

b Et non erat formatus] Si dubium erat, an esset formatus uel an ex tali percussione interierit abstineat a promotione uel a ministerio si probabiliter hoc credit, ne periculo se exponat. Temerarie autem credens aut deponat scrupulum aut abstineat.

c Respõ. q sic] Vide Cep. cõs. 11. Et Alex. cõs. 115. 2. lib.

ter sic [a] & non solum per eũ cui furatur, sed etiam potest occidi per quemlibet, irregularis tamen erit tam iste occidens quam etiam iudex, de quo in præcedenti dubio dictum est, etiam si seruaret ordinem iusticie.

6 Vtrum uxor a uiro, filia a patre committendo adulterium simul cum adultero possit occidi Respõ. quod pater in ipso actu in domo propria uel in domo generi potest interficere utrum que. ff. de adulteriis. l. nec in ea. §. ius & l. sequenti. Marito etiam ignoscitur si occidat adulterum quo ad mitigationem pœne. C. de adulteriis. l. gracchus si modo eum adulterum deprehendat in domo sua cum adultera. ut l. marito. ff. de adulte. alias non de iure antiquo, sed de iure nouo potest post tres denunciationes factas ubique occidere, ut in autenti. ut liceat matri & auie. §. his quoque. Dicit tamen glo. in cap. inter hæc. 33. q. 1. quod licet tales & similes excusentur a pœna ciuili, non tamen excusantur a culpa seu a peccato homicidii, unde in ca. quicunque percutit 23. q. ultima, dicitur, qui sine aliqua publica administratione maleficum furem, sacrilegium, adulterum, periurum, uel quemlibet criminosum interfecit, trucidauerit aut membris debilitauerit, uelut homicida iudicabitur & tanto grauius quãto n: sibi a deo concessam p:ãtem usurpare nõ timuit. Aduerte tñ q aliud est quando lex aliquid permittit non puniendo ut in occidendo adulterum, & sic non licet sine mortali peccato, aliud est quando lex concedit sicut quando diffidat aliquem ut in capitulo pro humani. de homicidio l. 6. & similibus, quia tunc si aliquis talem occidit non animo uindicte sed zelo iusticie sic non peccat sm. Io. And. in addi. ad Specu. quia facit ut minister legis quod licet. 23. quæstio. 5. non est crudelis, & sic concorda istud quod hic dicitur cum eo quod dicitur in dubio præcedenti, ille autem qui aliquem occidit defendendo se uel proximum, non proprie dicitur homicida de quo dic ut infra homicidium. 3.

7 Vtrum sit homicida qui percutit mulierem pregnantem. Respons. quod si paratus erat iam formatus & ex percussione interiit homicida est, secus si non erat formatus [b] hæc probatur. ff. de pe. l. si quis aliquid. §. qui abortionis.

8 Vtrum letaliter aliquem percutiens quia percussus postea ab aliis occisus est, sit homicida. Respons. quod sic [c] ut est tex. in capitul. significasti el. 2. eo ti. similiter si non appareat an letaliter percusserit uel ne tamen homicida est. Item homicida est si animum occidendi habuit & percussit, quamuis non letaliter si postea ab aliis percussus interiit, ut in dicto capit. significasti.

9 Mandato seu præcepto commissum homicidium imputatur, non solum mandatario sed etiam mandati, quia ut dicitur in capitul. mulieres. de senten. exc. Is uere committit cuius mandato delictum committi probatur, & ideo sic peccat mortaliter, nec excusatur, sicut si ipse facere & per inde determinandum est de mandatoribus quo ad irregularitatem, sicut de mandante percuti clericum quo ad excommunicationem, ut supra excommunicatio. 5. casu. 1. §. 31. & tribus se.

10 Vtrum prelatus habens iurisditionem temporalem qui iniungit suo officiali quod super tali maleficio inquirat, & iusticiam exequatur, sit irregularis & homicida, si officialis mandatum exequens aliquem occidi faciat. Respon. quod non, quia dicit text. in capitulo episcopus, ne cle uel mo. lib. 6. quod licet clericus non liceat causas sanguinis agitare, eas tamen cum iurisdictionem habent temporalem debent & possunt metu irregularitatis cessante aliis delegare, hec ibi.

11 Consilio etiam efficitur qui homicida quando ex consilio sequitur homicidium, nec solum quando consilium est directe de mortale alicuius, sed etiam quando consulitur in causa propinqua ad mortem scilicet aliquid ex quo sequitur mos, ut not. Pan.

in ca. ad audieutia. eo. ti. & hoc intellige quo ad causam propinquam secundum Inno. ibidem, ubi consulitur res illicita ex qua mors sequitur, sed ubi consulitur res licita, puta consuluit ut maleficus capiatur, uel ut exponat se pro patria uel fi de Christiana, quia licet homicidium sequatur non imputatur ei, facit. 23. quæstio. 8. omni timore, & melius. capit. hortatu. & præcibus Adriani, & sic non est homicida secundum eum, sed contra est quod no. Ho. in ca. ex literis, de exces. præla & per Pan. in c. 1. de fur. & est tex. in cap. si quis uiduam. 1. di. & in cap. sicut dignum. eo. tit. & ibi determinatur, quòd clericus uel alius interrogatus de pœna delicti, si respondet quod est mors, est homicida, si casus imminet de præsenti, per dicta iura. Sed ego concordando dico quòd dicit uerum Inn. quo ad peccatum, sed quo ad irregularitatem dicit uetum Inn. quãdo est in consulendo rem licitam & non homicidium & quando homicidium posset non occidere, licet uerisimiliter [a] debeat euenire. Sicut dictũ est supra. Bellum. §. quarto, quòd licet prælatis dicere pugnare uiriliter & hmõi. Et dictum Ho. & Pa. intelligitur quo ad peccatum in eo qui consuluit super morte quæ infallibiliter exequetur, quia dicunt quod si non imminet casus de præsenti, quod licet clericus consulet quod est pœna mortis puniendus malefactor, non propterea est homicida. s. quo ad irregularitatem nec etiam quo ad peccatum nisi malo animo [b] hoc faciat, ut infra irregularitas. 1. §. quarto.

12 Vtrum consulens alicui, ut alium interficeret qui uolens interficere interfectus est sit homicida. Respon. quo ad peccatum mortale est indubitatum, quo autem ad homicidium quidam ut Innocen. & Ho. in dict. capit. ad audientiam, referunt quod uerisimile erat quod non poterat interfici ab illo, non erit homicida nec consequenter irregularis. Si uero uer. simile fuit ꝙ poterat interfici, sic erit homicida. Sed Io. An. in cap. fi. eo. tit. lib. sesto, & Pa. in d. capitu. ad audientiam, tenent indistincte talem consultorem homicidam censeri, quo ad pœnam irregularitatis. Et in istud magis assentit etiam Inn. & est uerius.

13 Quid de eo qui consuluit in genere ꝙ adulteri sunt occidendi uel alii, qui tamen de iure [c] non sunt occidendi. R. secundum Rodo. si reputabatur iurisperitus & errauit non in apicibus iuris, sed in iure claro & certo, sic est irregularis si consultus ex suo consilio confisus aliquem occiderit. Si uero non erat reputatus peritus sed simplex uel idiota, aut errauit in subtilitate aliqua in qua sunt opi. diuersæ, sic non erit irregularis dummodo casus non immineret de præsenti, ut supra dictum est.

14 Vtrum consulens alicui ut aliquem interficeret, quamuis ille cui dedit consilium per multum tempus steterit antequam interfecit, sit homicida. R. secundum Inno. 6. Pa. recitat, & sequitur in d. capitu. ad audientiam, quòd sic, quia debebat reuocare consilium. Et si putabat amicum non desistere, debebat hoc inimico intimare, ut caueret, alias non euadit quamuis uoluerit de consilio, non credo tamen quòd debebat reuelare specifice illum cui dedit consilium sed bono modo seruata eius fama auiset inimicum, dicendo ut sibi caueat, & sufficit, ex quo consilium reuocauit.

a Licet uerisimiliter] Dicit tamen Inno. ꝙ si qs directe cõsilium in mortem alicuius dederit semper ẽ irregularis, facit. c. sententiã, ne cle. uel mo. Et concor. Io. & addit idẽ si de uoluntate sua turbata ꝓcesserit, puta parẽtes clerici uerberati dicũt hoc se uelle uĩdicare, nec clericus expresse cõtradicit, facit. c. Mattheus de symo. Si autẽ expresse hoc prohibeat, secus est de symo. c. sicut tuis & c. Petrus eo. ti. Si autem ex corde non faceret in cõspectu Dei cadere.

b Nisi malo animo] Vide de his Specu. ti. de leg. §. iuxta propositionis. uer. quid si iudex.

c Qui tamẽ de iure] Quæritur quid si aliquis consuluit, ꝙ infirmus uerteretur ut citius moreretur. Respõdeo ꝙ si ex tali uersione citius moritur irregularis est ꝙ consuluit & ꝙ fecit nec poterit per episcopum dispensari licet a peccato absolui possit. Addítur tamen ꝙ si ex causa citius non morit, nõ incurritur irregularitas licet debeat penitere de peccato, & mala intentione. Similiter dicendũ ẽ de istis uetulis sortilegiis quæ ponunt ad caput ferrum ut citius quis moriatur, quia sic debent penitere de peccato cum talia sortilegia non operentur ad mortem alicuius.

Quid

15 Quid de consulente alicui ut se exponat pro patria uel iure suo. Re. Innoc. in d.c. ad audientiam, quòd nõ est homicida nec irregularis ẽt si interficiatur. 23. q. 3. pro membris. & q. 8. hortatu. Si tamen sciret [a] cũ ibi morriturum. sic uidetur homicida & irregularis secundum Inno. & Host. ibidẽ, quos limitat, quando consuluit pro iure proprio ita se exponere, sed secus esset si consuluisset ꝙ pro Christo mortem sustineret uel pro ecclesia, etiã pro patria, quia licet sciat moriturum nõ est homicida, nec irregularis. Et sic intellige. Innocen. & Hostien. ubi supra.

16 Defensione committitur homicidium, puta associando homicidam ad factum homicidii, ut eum si oporteat, defendat, & talis quãuis etiam ei homicidium dissuadeat, tamen secundum Host. in sum. eo. ti. §. qua pœna, uersic. qnid si quis homicida erit. Facit. cap. Henricus de clemen. pu. in duel. Nec in hoc distinguitur an alias esset facturus uel ne quo ad irregularitatem, sed quo ad restitutionem bene est distinguendum, quia si alias erat facturus non tenetur.

17 Permissione etiam committitur homicidium non prohibendo cum potest, ut patet in. c. non inferenda, & c. seq. & c. fi. 23. quæstio. 3. Sed licet gloss. in. d. c. non inferenda hoc referat solum ad prælatos, tu tamen dic quod cum iura loquantur uniuersaliter. Ideo est distinguendum in illis qui non sunt prælati nec habent ex officio an dolose omittant prohibere, & sic credo homicidas si aliquis occiditur. Si uero non dolose hæc non prohibent, sed ex negligentia uel pusillanimitate, aut quia nolunt se immiscere rumoribus, uel nolunt alium huiusmodi rumoribus immiscere, sicut mater filium, uxor uirum & huiusmodi, non credo esse homicidas. Et hæc faciunt not in cap. quantæ, de sententia excõmmunicatio. per Ioannes Andræa & sequentes, licet peccent & forte mortaliter, quando sine periculo [b] omni possunt obuiare per iura præallegata, non tamen sunt irregulares non obuiantes, nisi dolose ut occideretur desisterent.

18 Vtrum cum quis uult aliquem interficere iniuste nisi ego dem sibi aliquam certam pecuniam meam tenear. Respon. gloss. in princip. 82. distinct. quòd quidam dicunt sic, quidam non, ipsa uidetur tenere quòd non nisi sit prælatus, sed ego credo quòd siue sit prælatus uel non, quòd tenetur, aliter peccatum mortale non euadit, si modo habet ultra necessitatem suæ uitæ & illorum quibus tenetur prouidere, quia sicut tenetur existenti in extrema necessitate subuenire, sic & tali ex quo alio modo non potest eum a morte liberare.

19 Vtrum non reuelans tractatum homicidii sit homicida si sequitur. Respon. Pan. in capitu. Petrus. eodem titul. Aliqui dicunt quòd non sufficit, quòd prohibuerit. Ioann. And. distinguit quòd aut dolose non reuelat & erit homicida, aut non dolose non reuelat, & non erit homicida, & hoc placet Pa. ibidem. Ego credo quòd si non reuelat illis qui possunt prodesse & nõ obesse, quòd erit homicida quantumcũque prohibuerit. Et de hoc uide Innoc. in d. cap. Petrus.

20 Vtrum iniuriatus ab aliquo audiens amicos suos uel parentes uelle uindicare sit homicida, si non prohibeat expresse. Respon. secundum gloss. in d. cap. Petrus quòd si homicidium sequitur erit homicida nisi expresse contradicat, quia tractantibus talia si non contradicit uidetur consentire. Similis casus est 1. quæstio. quarta, quia prælatus.

21 Cooperatione etiam committitur homicidium, unde in capitu. sicut dignum. §. primo. eodem titu. dicitur quòd illi qui ad capiendum ipsum animo feriendi aut occidendi accesserint, licet manus in eo non imposuerint, tamen ex quo mors secuta est homicidæ sunt. facit etiam, capitu. studeat. l. distinctione, ubi percutiens aliquem qui interiit ex percusione siue directe, puta quia uulnus letale fuit, siue occasionaliter, puta quia ex percusione de equo cecidit uel de alio loco ex quo casu interiit,

a Si tamen sciret] Si quis cõsulit fugiẽtem inimicum ut remaneat ad pacificãdum eos est irregularis, si probabiliter credebat eũ moriturum. c. tua nos. eodem tit.

b Quãdo sine periculo] Ait enim Salomon prouer. 24. Erue eos qui trahũtur ad mortẽ. Exẽplũ habes de Moyse in Exod. qui occidit egyptium qui infestabat hebræum.

a Et sic excusatur] Fallit nisi scandalū graue esset uel tanta laboraret infamia, q purgatio esset ei iudicenda, ut dicit.d.c.ex literis. Vide exemplum ibi.

b Vt in. c. quātum] uide instit. qui, et ex quibus.in.§. in fraudem.in primo no. Et uide Hostien.eo.tit. in summa. §. qua pena.uersi. quid de presbytero.cum. seq.

terit, homicida est, et hoc ratione i certitudinis, ut dicit glo. ibi. Et sic intellige de cooperatione simili in quocunque homicidio, ut puta, quia multi uulnerauerūt de quo etiam.23.q.ulti.c.fi.

22 Vtrum exhibens præsentiam suam in bello iniusto animando consulendo, uel inimicis timorem incutiendo, sit homicida si aliquis ibi occiditur. R. Panor. in c.significasti 2. eodem. titu. super glos. 1.in fi.quod sic, secus esset in bello iusto ut supra bellū.& in.c.petitio tua. in gl.eo.tit.

23 Vtrum exhibens presentiam suam ubi sit homicidium, sit homicida & irregularis. Respon. quòd sic, si est prelatus ibi habens iurisdictionem est homicida & irregularis, de exces.prela.cap.ex literis. & ibi Abb.not.in.1. notabili. Alii uero non ubi ex sola curiositate stant ad uidendum, peccant tamen grauiter clerici, quia faciunt contra. c. sententiam, ne cle. uel mo.

24 Vtrum inquisitor hæreticorum sciens q cum pronuntiauerit talem hæreticum occidetur, efficiatur irregularis pronuntiando. R. secundū Ho.in.d.c.ad audiētiā.de ho. quòd non.24 q.8.legi.& q.5. si audieris.

25 Animatione incurritur homicidiū, ut patet in §.qui uero.in d.c.sicut dignum, limitat tamen Pa.ibidem uerum, quando incitatio seu inanimatio est ad homicidium specialiter, quia tunc tenetur, secus esset si esset incitatio ad odium in genere quia non teneretur de delicto postmodum inde secuto, idem dic quando animatio est ad factum licitum, licet homicidium sequatur, sicut cū prelatus hortatur in bello iusto, ut uiriliter pugnent de quo uide supra Bellum. §. 4.

26 Auxiliatione etiam committitur homicidium ut in d. c. sicut dignum. §. hi quoque unde dicit Pan.in.d.c.quod prestās quodcunque auxilium quantūcunque modicum in delicto committendo tenetur, etiā custodiendo uestiméta, ut fecit Paulus. Sed distingue si uis bene intelligere, quod aut auxilium præparatur ad perpetuandum factum legitimum & iustum, ex quo tamen facto sequitur homicidium. Et sic non tenetur de tali homicidio talis auxiliator, quo ad peccatum. Sed quo ad irregularitatem, si auxiliatus fuit directe homicidio bñ tenetur secus si indirecte, sicut dictū est de auxiliante pugnanter in bello iusto & huiusmodi. Aut præstatur auxilium super facto illicito, ex quo sequitur homicidium. Et sic homicida reputatur quantūcunque auxilium sit indirectum, & sic loquitur. d. c. sicut dignum. Similiter si auxilium praestatur super homicidio, perpetrando siue iuste siue iniuste, incurritur irregularitas, si homicidium factum est.

27 Vtrum clericus accommodans arma alteri sit irregularis, si ille interficit. Respō. quod si in bello iusto uel ut se defendat contra iniuriantem, non erit. Secus si in bello iniusto.c.fi.de homi.lib.6.de materia homicidii quo ad irregularitatem uide infra. Irregularitas. 1. §. 1. cum multis sequentibus.

HOMICIDIVM 2. causale dicitur, quod preter uoluntatem euenit, & ex casu fortuito.de quo.l.di.§.casu.cū multis capitulis sequentibus.

1 Vtrum sit homicida quo ad culpam uel penam qui a casu hominem occidit. R. ut colligo. ex glo. Ber.in c.sicut de homicidio q aut dabat operam rei licite, & adhibuit omnem diligentiam quam debuit. Et sic excusatur [a] ac si non fecisset.c.ex literis. el.1.& c.dilectus.e.titu. & .1.distin. si duo. Si uero non adhibuit debitam diligentiam imputatur ei quo ad culpam & penam ici licet irregularitatis.l.di.clerico faciēte potest tamen dispensari cum eo, ut in ordine suscepto ministret secundum Ioan. in d. c. de clerico. leg. distin. Si uero dabat operam rei illicite, siue adhibuit diligentiam uel non, imputatur ei, ut in.c. quantum. [b] l.di. Ex quo patet quid tenendum de multis questionibus.

2 Quid de clerico qui rixam faciens superueniētibus eius amicis occiderunt eum cum quo rixabatur. Ad quam respondendum est quod est homicida & irregularis. ita no.Pa.in cap.Petrus.eo.titu.ulti. no. & doc. ibidem, & facit text. ibidem. limitat tamē Pa. si rixam illicite exercebat, alias non, puta quia defendebat ius suum quia si fuit

si fuit sine culpa, factum aliorum non debet sibi imputari. c. significasti. el 2. eod. ti. limita hoc etiam ẜm Ho. in d. c. ad audientiam uerum, si nõ prohibuit quantũ potuit. Similiter nõ esset homicida. nec irregularis, si inimici illius cum quo rixam faciebat superuenissent & occidissét, fuisset illicita, quia non inquanuis rixa tuitu clerici eũ occiderunt, sed propter inimicitiã quam habebant contra eum, ita no. doct. in d. c. significasti. el 2.

3 Quid de eo qui percussit latronem qui asportabat res suas, ex qua percussione fugere non potuit ex quo ab aliis postea occisus est. R. ꝙ est homicida & irregularis ẜm cõmuniter doc. in c. significasti. el. 2. eo. tit. & ibi Abb. circa fi. uer. extra glo. & facit c. de cætero ibidẽ quia dedit operam rei licite. Sed si tenemus ꝙ etiam clericus licite pro defensione rerum possit percutere, non erit irregularis, dummodo letaliter nõ percusserit, nec animo occidẽdi fecerit, & magis placet quam opinio doc. quia dictũ c. de cetero loquitur de causa propinqua [a] homicidii ut sit irregularis. Secus in causa remota, ut est in casu isto. ex quo casu non habuit animũ occidendi. Et pro hoc facit. d. c. significasti, & c. exhibita. eo. tit. & ff. loca. l. qui domũ: in fi. & uidetur sensisse glo. in d. c. decetero. & in cap. tua de homici. nisi forte dicas, ꝙ licite, tamen debuit cogitare quòd si uulneraret eum non ualens fugere quòd occideretur, ex quo erat uerisimile & sic erit irregularis. Sed mihi non placet. Nam ut habetur in d. cap. tua. clericus uulner... is grauiter furem ingressum suam domum, licet fur postea captus sit ductus ad officialem, qui officialis mittens clerico prædicto, ut exponeret si qua sciret de prędicto fure intersigna, sed nuntiis tribuens cultellum & sotulares quos a fure abstulerat si in nullo alio se impediuit licet talis fur [b] occidatur, non est irregularis ergo nec a fortiori prædictus.

4 Quid de eo qui uidens latronem clamauit, ex quo clamore captus fuit & occisus latro. R. ꝙ est homicida & irregularis, ut tenet Innocen. & Hostien. et sequitur Pan. in d. c. significasti. el. 2. etiam si non habuit animum [c] ad mortem, quia debuit cogitare de homicidio, quod communiter sequitur in tali clamore, & hoc credo uerum secundum Pa. ibidem, si cõmuniter sequitur, alias nõ, ex quo animum non habuit ut occideretur, similiter non est irregularis quando clamauit pro sua liberatione, quia ille uolebat eum interficere. Secus si pro rebus uel aliis ut infra dicetur homicidium. 3.

5 Quid de ludente cum pregnante quæ disperditur. R. secundum Io. And. & sequitur Pa. in c. sicut ex literarum. eo. titu. si conditio ludi erat gracilis & ludus fuit licitus ratione ꝑsonæ, ut quia maritus frater uel alia persona cõiuncta, non erit irregularis, quia non est in culpa aliqua, eo quod ludus leuis nõ est prohibitus in prægnante, dummodo personæ cõueniat ludenti cum ea alias sic.

6 Quid de clerico, uel quocunque alio qui implorat officium iudicis pro recuperandis suis sanguinis effusione & non poterit recuperare. R. ꝙ non est irregularis secundũ Io. An. & est text. in. c. 2. eo. tit. lib. 6. dummodo premittat protestationem, [d] ꝙ non intẽdit ad uindictam sanguinis, & hoc tenuerit contrarium, quia ita declaratum est in. d. c. 2. & credo uerum quando alio modo non potest recuperare, & sic intellige præfatum. c. 2. quando mortem non intendebat, sed recuperationem suam, quia si intentio erat maculata erit irregularis, si mors uel mutilatio est secuta secundum Hostien. eod. titu. in sum. §. qua pœna, uersi. uerum circa hanc materiam, et sic intellige. c. ex literis, de exces. præla. & 24. quæstio. 5. cap. 2. & de pœ. distin. 1. cap. periculo se. Idem tene etiam si furem capiat, & iudici tradat secundum limitationem prædictam.

7 Quid si post suspensionem seu occisionem letetur, & habeat gratum. [e] Respon. quòd

a Loquitur de causa propinqua.] Forte qa dedit opem cõsilium & huiusmodi. Et causa propinqua est si eum letaliter percussisset, remota ut si ego feci fenestram ex qua quis se pręcipitauit.

b Licet talis fur.] nõ fuit occisus fur, sed quia fuerant sibi amputata uirilia, & oculi eruti cibum sumere noluit, & expirauit &c.

c Etiam si non habuit aĩum.] Ratio est in §. 5. infra eodem.

d Protestationẽ.] Quã ꝓtestationẽ debet facere redigi in scriptis, secuncundum ꝙ consuluit Ioã. An. ibidẽ. nam alias multi possent clericos trucidare. Et intellige siue iudex occidat eum iuste uel iniuste, quia ea quæ bono animo facimus &c. 23. q. 5 de occidendis.

e Gratũ] Host. in sum. eo. tit. §. qua pęna. uers. Quid ergo si placet. dicit ꝙ possumus gaudere, quia punita sũt maleficia ꝓ honore Dei. Et debemus tristari, qa imagini Dei euenit malum.

a Cap. si. eo. ti.] Et ibi pulcher casus, & pōdera, quia sacerdos clamauit alta uoce ut omnes præcauerent, facit secundum Ab. ibi contra clamantes submissa uoce, uel post casum contingentem, quia non excusantur in quo peccant rustici mulos, ducentes, qui post percussionem dicunt caue.

b Erat licitū] Licitū est enim aliquando ludere ut fecit Isaac. 32 quæstio. 4. recurrat. lusit etiam Ioseph cū fratribus suis. 22. q. 2. ꝙ ait Ioseph.

c Super sociū] Iste fuit laycus, ex quo no. doc. secundum unum intellectū, ludum esse prohibitū clericis factū scilicet cū laycis.

d Poculū amatoriū] Isti grauiter puniūtur. De hoc Io. de Ana. consi. 1. & Barba. cōsi. 27. faciunt enim aliqui quasdā incantationes dando aliquid ad potandum siue comedendum ut mulier uel uir inclinetur ad amorē, unde si sequitur mors etiā pręter intentionem de homicidio tenentur. d. l. si quis aliquid. §. qui abortionis, ubi dicitur abortionis aut amatorium poculum daret, & si dolo non faciunt, quia mali exempli res est in metallū damnantur, honestiorēs in insulā amissa parte bonorū relegāt, qđ si ex eo mulier aut

quòd non erit irregularis, qa lex promotionis attendit factum. 15 q. 1. c. fi.

8 Quid de sacerdote q pro edificatione ecclesiæ uel domus aduocauit aliquem in adiutoriū quia casu interiit. Respon. ꝙ non est irregularis si nihil de cōtingentibus omisit. c. fi. eo. titu. [a]

9 Quid de ludēte cum alio qui a casu occidit socium. ℞. quòd si ludebat cum personis, cum quibus erat licitū, [b] & ludo licito, & uerisimiliter ex conditione ludi talis casus euenire non debebat, non est irregularis, ut patet in c. lator. eo. tit. ubi clericus ludens cum clerico (quod licet) & nihilominus unus ipsorum alterum accipiens & prosternens ad terram cultellū sibi infixit & mortuus est, & tamen prostratus non est irregularis, quia conditio ludi non erat prosternendi, & ideo nō fuit in culpa sed prosternens. Si uero non considerauit conditionē ludi ex qua tale qd euenire poterat erit irregularis, ut in c. continebatur. eo tit. ubi uolens equitare super socium [c] qui habebat falcem in latere occisus est, & socius est irregularis, quia conditio ludi erat ut q tetigisset baculū in alterius super eum equitaret & ideo debebat deponere falcem, ex quo ludi ista erat conditio, si tamē prohibuisset ne eum equitaret, tenet Pan. in d. c. quòd non esset irregularis. Host. tamen & alii tenent ꝙ etiā propter ludi cōditionē, quia potuit euenire, sed Pan. opinio magis placet, potest tñ episcopus dispensare in casu quo efficitur irregularis, ut in subdiaconatus officio ministret, & si subdiaconus erat, ut in d. c. continebatur.

10 Quid de eo qui dat poculum amatorium, [d] ex quo sequitur homicidium, quãuis non intenderet. ℞. quòd homicida est & irregularis, ut no. Pan. in c. si aliquis. eo. tit. facit l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. ratio quia dat operam rei illicitæ, secus si non sequitur homicidium, puta quia fętus nondū erat formatus, quia licet peccet mortaliter quis. q. ue dat nunquid ad potãdum uel ex libidine [e] uel odio [f] & huiusmodi, ut non possit generare, aut concipere, uel nasci soboles cōcepta, ut patet in d. c. si aliquis, tamen irregularis non est, [g] ut ibi glo.

11 Quid de eo q insequēs aliū q ex fuga cecidit & mortuus est. ℞. ꝙ ē homicida, si fugiēs timebat de graui malo sibi infligendo, nisi fugeret, secus si de leui & cā ludi, unde Pa. in c. exhibita eo. dicit ꝙ si qs proiicit lapidē ut aliū percutiat, dūmodo pcussio nō possit eē grauis, & alius ne pcutiatur fugiēs cadat & occidatur, nō erit irregularis, uel si proiiceret lapidē a remotis, & alius timēs fugeret & corruēs interiret, sitr nō est irregularis, secus si ut grauiter pcuteret, uel iactus potuisset grauē pcussionē facere nisi alius fugisset, qa tūc teneť de homicidio, quia tunc noxius esset ludus etiam in pueris. [h]

hō perierit summo supplicio afficiantur hoc ... De quo etiā in l. 3. §. 1. ff. de sicca, ubi etiā qui dat ut concipiat propter malum exemplum punitur si decesserit, licet nō ultimo supplicio. Et ibi not. Bart.

e Vel ex libidine] Pone exēplū ſm. Io. And. & ibi refert Pa. in d. c. si aliquis, quis forte infer talis est cui ē decus apparere pręgnantem quare pcurat hoc fieri ut possit uacare libidini, aliq faciūt ut pp paupertatē ut euitet sobolē, q̄q̄ sit ad hoc mrimonium constitutum.

f Vel odio] Ut puta si dat ut ab testato succedat, uel ut instituatur heres ab illo q absque filio decedit, uel uxor sterilis sit inuisa marito.

g Tamen irregularis nō est] Ratio quia lex requirit factū, & non est irregularis. s. indispensabiliter, quia potest dispensari cū eo & ita c. contra ſm Pan. in d. c. si aliqs gladiū & in c. p... se. de pœni. dist. 1. quæ dicit clericū q uolens ... cere homi... & nō fecit eū irregularem.

h Etiā in pueris] Et sic ... dat opi. Inn. in d. c. exhibita. & unde C... 13 ubi de fugato q cecidit in per lapidem & mortuus ē ... Et unde ēt eadē consi. 30. & 3... Et Anch. consi. 285. Nā ludus est in noxius est in culpa. ff. ad legē aq. Nā ludus

Sic

a Sit irregularis] Vide Inno. in c. ad audientiam, eo. titu. & Ro. in sing. fo. 17. & per glo. in l. 2. ff. si qua drã. pau. fe. dic. & insti. eo. tit. §. fi. & uidetur potius qd' sic, præcipue si in dolo uel lata culpa.

b Si erat peritus] Et sic non sufficit ꝙ uocet se peritum, sed debet esse re ipsa & facit l. illicitas. §. sicuti ff. de offi. præsi. sicut dicimus de consulente, qui si per imperitiam cõsulat & sequatur ex consilio sententia, si cõsilium fuit erroneũ tenetur parti læsę & l. Idem iuris. ff. ad l. aquili. hęc Panor. in d. ca pi. tua nos.

12 Quid de illo puero qui uesicam porci inflatam uiolenter frangens, ex terremotu, muliere grauida expauefacta fugiens dispersa est. ℞. quod non est homicida, nec irregularis per doctrinam Pa. in d. c. exhibita, quamuis Inn. Abbas & Vicen. uideantur sentire, quod tam in isto quam in precedenti imputetur ei homicidium. Sed mihi uidetur durum, nec tex. in d. c. uidetur uelle, unde nõ quelibet causa debet attendi, sed propinqua ad hoc ut sit irregularis, facit. ff. ad leg. cor. de sica. l. nihil interest in glo. Non enim quia faber faciat cultellum est homicida, si tamen animo nocendi facit & minorem diligentiam adhibuit, tunc consideratur causa remota secundum Ber. in c. decetero, & c. præsbyterum de homi. unde cum quis percutit alium uulnere nõ mortifero, tamẽ ex imperitia medici uel incuria uel ex positione ad labores & sudores, ille moritur, non est irregularis secundum Ber. in c. exhibita de homici. in glo. in uer. corruens.

13 Quid de clerico qui uenando uel se exercendo iaculum proiecit & alium acasu interfecit. ℞. quod tenetur de homicidio, & est irregularis siue adhibuerit diligentiam uel ne, quia dabat operam rei sibi illicite. capitulo hi qui arborem. l. distinctione facit in argu.

14 Quid de custodientibus infirmos qui ad eorũ petitionẽ dederunt eis uinũ uel aliqd hmõi. ℞. ꝙ si certum est eos mortuos ꝓpter hoc & ipsi hoc potuerunt prouidere, ꝙ irregulares sunt, debẽt tñ facere sibi hãc cõsciẽtiã ꝙ ꝓpter hoc sint mortui ſm Rodo. quã do bono aĩo id fecerũt, nisi sit euidẽs culpa uel dissoluta negligẽtia. Et si hñt cõsciẽtiã debẽt deponere ad cõsiliũ boni uiri, nisi cõtra pceptũ medici expresse dedissent, qa nõ excusarentur, ut no. in d. c. tua nos de homici. idem dic de uertentibus infirmos unde uel apostema frangitur uel anhelitus obturatur, & suffocatur.

15 Quid de parentibus qui a casu proprios filios occiderunt. ℞. si ex culpa graui uel leui tenetur de homicidio, ut patet in glo. ca. fi. de his qui fil. occi. Nam datur eis pro culpa graui pęnitentia. 7. uel. 5. annorũ pro leui trium. Si autem nulla culpa præcessit nõ tenentur. No. tamen secundum Host. & Pa. & alios doc. in d. ca. fi. ꝙ si culpa sit occulta siue grauis uel leuis non debet dari pœnitentia publica, contra quod faciunt multi, qui imponunt publicã pęnitentiam, de qua in capite. l. distinc. & male quia fieri non debet talis pęnitentia, nisi crimen adeo fuerit graue quod totam cõmouerit urbẽ, ut in d. c. in capite. collocare tamẽ apud se filios tenellos parentes nõ debent, aliter sunt in culpa. 2. q. 5. consuluisti, & eis imputatur homicidium si sequitur, nisi forte ita pauperes essent ꝙ non possent eos pannis fouere contra frigora, quia tunc tenẽdo apud se in lecto si debitam faciunt diligentiam in reliqs non tenentur aliqua culpa, quia duobus malis concurrentibus minus eligitur. 13. distin. nerui, & ideo si est minus periculum collocare penes se, quam aliter tenere excusantur.

16 Quid de tenẽtibus animalia puta ut sum uel leonem, quæ aliquem interfecerunt. ℞. si non fuerunt in aliqua culpa non tenenẽ de homicidio, alias sic, puta quia erant ferocia & nõ tenuerũt ligata & huiusmodi, ar. c. hi q arborẽ, & c. sæpæ. l. dist. & quod no. in c. de occidẽdis. 23. q. 5. Et hoc tene, licet Hos. in c. ad audientiam, de homi. uideatur tenere ꝙ nullo modo sit irregularis [a] nisi fuerit in malitia uel lata culpa, arg. l. 1. §. in bestiis. ff. si quadru. pau. fecis. dicatur.

17 Quid de illo qui uocat milites ad defensionem sui iuris, si aliquis ibi occidatur. ℞. non tenetur de homicidio ut in d. c. de occidendis, & q. 3. eadem causa. c. maximianus.

18 Quid de medico cui præter uoluntatẽ infirmus mortuus est in manibus seu sub cura. Respon. si ista quatuor concurrant non habet culpam. Primum quòd istud officium sibi conueniebat, quia non erat ei prohibitũ exercere, sicut est clericis & religiosis cyrurgiam in ca. sententiam & ca. non magno, ne cle. uel mo. Secundum si erat peritus [b] in arte. Tertium si exhibuit omnem

diligentiam ſecundum artẽ. Quartum ſi informauit de his quæ ſunt contraria egritudini infirmi. Nam iſtis ſeruatis nõ imputatur ei homicidium, ita no. Pa. in ca. tua nos eo. tit. alias tenetur de eta. & qualitate. c. ad aures, ubi de hoc.

19 Quid de eo qui impellitur in alium & ille moritur uel de eo qui declinãs eum qui uolebat percutere pcuſſus eſt alius ex tali declinatione & occiſus. ℞. ſecundum Hug. in ca. ſepe. l. di. non eſt irregularis nec homicida niſi in fraudem fecerit.

20 Quis de eo qui mandauit aliquem uerberari inhibendo, ne interficiat uel mutilet. ℞ ſi mandatarius interficit uel mutilat ſeu interficit uel mutilat propter talem pcuſſionem faciendam, homicidam iudicatur mandator, qa mandando in culpa fuit. c. is qui eo. tit. lib. 6. quoniam ueriſimiliter hoc poſſe eueni re debuit cogitare ibidẽ. Idẽ dic de eo qui mandat aliquẽ capi. qñ ueriſimiliter [a] mors poterat contingere, & hoc quo ad eum qui iuſte & ex officio mandat. Secus in aliis qa qualitercunque mors ſequatur irregulares ſunt, quamuis ueriſimiliter non debebat euenire.

21 Quid de illo qui uolenti fugere inimicos propter timorem conſuluit, ut remaneret & pacem procuraret propter quòd remanſit, & occiſus eſt. ℞. non tenetur quando bono animo fecit habens probabilem cauſam credenti quòd ex remãſione non immineret periculum, puta, quia inimici erant eius conſanguinei uel tales amici q̃ eos poterat cohibere, ſecus eſſet ſi non habuit probabilem cauſam credendi, uel ſi habuit non tñ fecit quantum potuit, quia ſic imputaretur ei homicidium, ut in capitu. tua nos. eod.

22 Quid de eo qui miſit puerum ad aquandum equum monens ut caueret a flumine qui ſubmerſus eſt. ℞. ſi rationabiliter poterat dubitari, eſt irregularis aliter non. [b]

23 Quid de illo qui cum corrigis quæ habebat gladium uerberans famulum interfecit. ℞. q̃ eſt irregularis quia probabiliter debebat credere occaſionem nõ remouendo gladium. c. ad audientiam eo. ti. & c. pręsbyterum de quo infra, irregularitas. §. 9.

24 Quid de illo qui interrogatus de malefactore, ipſum eis oſtendit. Reſpon. ſi probabiliter potuit cogitare quòd ad mortem eũ quęreret, eſt irregularis, alias non. de hoc etiam habes infra irregularitas. §. 14. Et ibi uide multos caſus.

HOMICIDIVM 3. committitur neceſſitate. ſ. defenſionis quæ quando & quomodo liceat uide ſupra defenſio.

1 Quid ſi uiolentia infertur rebus ſolum. Vtrum occidens [c] pro ipſis ſaluandis excuſetur. Reſpon. Pa. in c. ſignificaſti. & 2. co. q̃ non clericus nec etiam pro ipſis recuperandis, ut in ca. ſuſcepimus eo. Si uero eſt laicus de iure ciuili eſt clarum quod poteſt impune occidere, ſi aliter ſaluare [d] non poterat eas, ut in l. furem. ff. de ſicca. & in l. ita que. ff. ad l. Aqui. & hoc habebit locum in omni foro contentioſo ſeculari. Sed quo ad irregularitatem tam clericus quam laicus occidens uel mutilans pro ipſis ſaluandis erit irregularis, ut patet in ca. ſuſcepimus eod. No. gloſſ. 2. 23. q. 3. in principio. An autem peccet mortaliter occidendo pro rebus ſaluandis, dic ut ſupra Defenſio. §. 2.

2 Quid ſi uiolentia infertur perſonæ ſolũ uel perſonæ & rebus ſimul. ℞ Pa. in d. c. ſignificaſti, q̃ aut poteſt euitare fugiendo aggreſſore, & ſic clericus tenetur fugere [e] per d. c. ſuſcepimus, in laico uero Bar. in l. 1. C. unde ui, uidetur tenere [f] quòd non tenetur fugere, quia fuga eſt iniuria ut l. item apud labeone. §. primo. ff. de iniur. & dicit Cy. in l. ſi ex plagiis. §. tabernarius. ff. ad l. Aquil. q̃ fuga reddit fugientem uiliorem. Ergo ſicut licet pro iactura rerũ, multo magis pro iniuria corporali quæ eſt maior iniuria. l. in ſeruorum in fi. ff. de pœnis. Tu dic q̃ ſiue in clerico ſiue in laico ſi poteſt fugere non licet occidere uel mutilare, aliter incidit in pœnam irregularitatis, licet noſ. Ray. & Ber. Go. tñ tenet q̃ poſt peractam pœnitẽtiã poterit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare

a Quãdo ueriſimiliter] Vide ſupra homicidium. 1. §. 11. ubi uidetur cõtra &c. Loquitur tamen ibi de conſulente.

b Aliter non] Hec Hoſt. eo. tit. §. qua pœna. uer. quid de præsbytero.

c Occidẽs] Nũquid liceat mutilare uel percutere pro ſaluandis rebus, uide ſupra defenſio. §. 2. & excommunicatio. 5. §. 13.

d Aliter ſaluare] Vide Cepo. conſi. 40. & 46. & 52.

e Tenetur fugere] Vide Alexan. cõſi. 77. & 129. prima parte.

f Videtur tenere] Iſta opi. eſt forte de iure uerior præiu. Panor. ibidẽ in d. ca. ſignificaſti, ſed alias ſecurior.

a Irregularis efficitur] Hoc tenuit gl. 2. 23. q. 8. i summa sub dubio forte, sed uide supra defensio. §. 3.

b Per industriam] Hic industria capitur in malã partẽ. Et illud uerbũ per insidias declarat uer. per industriam secundum Pan. in d. c. 1.

c Irregularis] Hæc autem irregularitas ꝓuenit de iure diuino secũdum Panor.

d Siue ex iusticia] Et hæc prouenit de iure positiuo secundum Panor.

re sine dispensatione, sed nõ ascendere ad maiores, & ita intelligit. c. de his clericis. Si uero aliter non potest fugere nec euadere, nisi mutilet uel occidat, sic licite tam clericus quã laicus occidit uel mutilat & sine oĩ pœna irregularitatis. ut in cle. unica. eo. & sine oĩ peccato ita ꝙ statim ꝑsbiter posset celebrare secundũ Io. de signa. tractatu de iusto bello. Facit c. olim el. 1. de resti. spol. dummodo non faciat oĩa ulciscẽdi. Facit pro hoc, c. 2. eo.

3 Quid si interfecit pro defensione personæ alterius q̃ aliter non poterat saluare. ℞. ꝙ licet hoc possit sine oĩ peccato quãdo uolebat iniuste talem personam interimere, tamen irregularis efficitur[a] ut no. ĩ d. cle. unica. eo. uide supra clericus. 10. §. ult.

HOMICIDIVM 4. scilicet spirituale cõmittitur in anima solum, multis modis. Primo ꝑlatus non arguens. 43. dist. ephesiis. Secundo adducens subditos in desperationẽ propter austeritatẽ. 45. dist. recedite. Tertio quicunque defraudet res ecclesię. 12. q. 2. qui Christi, & cap. qui abstulerit. Quarto non soluens legata defunctorum. 13. q. 2. qui oblationes cum duobus. c. se. & dicuntur membra diaboli. 12. q 2. cum deuotissimam. Quinto de rebus alienis faciens elemosynas. 14. q. 5. imolans 16. q. 1. decimæ. Sexto alios ad malum prouocãs, de conse. distin. 4. queris uer. uerumtamen recte dicuntur de pe. di. infra noli. Septimo decimas debitas non soluendo. d. c. decimæ. Octauo prouocans ad iuramentũ quẽ scit false iuraturum. 22. q. 5. ille uincit enim homicida ille. Nono odium alteri gerendo de pe. di. 1. homicidiorum primæ Ioan. 3. Decimo alteri detrahendo. d c. homicidiorum & 6 q. 1. summa iniquitas. Vndecimo morienti pecuniam negando 16. q. 6. agnouimus. Duodecimo de se malam suspitionem dando. 11. q. 3. non sunt audiendi. Terdecimo oppressionem uel iniustitiam aut iniquitatem exercendo, de pe. distin. 1. omnis. Quartodecimo causa libidinis explende uel odii meditatione, homini uel mulieri aliquid faciendo uel ad potandum dãdo, ut non possit generare aut concipere, ut in c. si aliquid de homicidio.

HOMICIDIVM 5. quo ad pœnam. l. irregularitatis, & alias de iure canonico. Vtrum omnis homicidia sit irregularis. ℞. quod sic [a] quilibet qui occidit post baptismum per industriam [b] & per insidias, ut no. Pa. in capit. 1. de homicidio & ibi patet ex text. & etiam est irregularis [c] omnis homicida uoluntarie occidẽs siue ex iusticia,[d] siue legis aut canonis permissione, siue ex uindicta, siue sine peccato, siue cum peccato solummodo excipitur ille qui occidit non ualens aliter euadere, & hoc intelligo si habet occidens usum rationis, quia omnis furiosus infans & dormiens, si occidunt non sunt irregulares cle. unica eodem titu. Vnde iudex quamtuncunque ex iusticia procedit, est irregularis. 51. dist. aliquantos, & accusator, aut testis, uel etiam notarius sententiam scribens uel proferens, aut attestationes scribens, uel legens dum publicantur. Aduocatus intellige ꝯ reum uel ẽt pro reo si mors instigatur accusatori, assessor & quilibet alius officialis in cã mortis uel mutilationis membri irregularis est, ut not. in d. c. aliquantos in gloss. & per totum extra ne cle. uel mo. sententiam. Et non solum quãdo quis interficit uel mutilat per se, sed etiã ex mandato consilio defensione, permissione cooperatione, aĩatione, auxiliatione, secundum quod supra, in 1. c. huius tituli declaratum est fore homicidas, solum excipio quo ad irregularitatem eum qui nõ obuiat cum possit, quia licet sit homicida secundũ quod dixi supra, non tñ credo erit irregularis, nisi secundum quod supra dixi. Homicidium. §. 17. quia lex promotionis factum requirit. 15. questio. 1. si quis non iratus. Et pro his omnibus facit capitulo sicut dignum eodem titulo etiam si occisus uel mutilatus sit paganus. leg. dist. clericum, homicida uero casuali in casu in quo ei imputatur similiter irregularis est, alias non. Et qui sunt dictum est in. 2. capitu. huius titulo, homicida similiter ex necessitate, nisi pro euasione suæ personæ, ut dictum est. ca. 3. huius ti homicida uero spiritualibus nullo modo irregularis efficitur, per baptismum

mum etiam tollitur irregularitas homicidii ante commissi.ut. s. Baptismus.7.§.3.

1 Vtrum cum homicida uoluntario solus Papa possit dispensare. R. secundum cõmuniter doc.in c.sicut dignum.eo.ti. q sic quãuis glo.[a] in uer.consilium uer. & cum tali tenuerit q nec etiam Papa possit. Sed tu tene cum communiter doc. q pôt, imo dicit Pa. in c.ego enim in fi.de iureiu. q clerici possunt uti armis et offensibilibus de licentia Papæ [b] quia solũ est prohibitum de iure positiuo, sed inferior nemo potest dispensare q̃tuncunque etiam sit occultus.c ult.de tẽpo.ord. Vincẽtius tamen tenet q si omnino occultum est & egit pœnitentiam, q non indiget dispensatione, q̃a ecclesiæ non est obnoxius, quia peccatũ occultum.32.quęstio.5.Christiana, nec de eo propter pœnitentiam qua ei satisfecit, & ideo celebrare pôt & uti ordinibus sine alia dispensatione. Lau. uero & Ioan. concordant cum Vincen. si non dispensatio episcopi interuenit. d. Anto.uero in c. ex tenore, de tempo. ordi. tenet q si est omnino [c] occultum prout occultum distinguitur contra probabile.i.quia probari non potest sic respiciendo legem promotionis [d] publicam sic non indiget, sed si aspiciamus ad legem conscientie informatam ex lege positiua, sic indiget dispensatione; quod intelligo de dispensatione non Papali, sed episcopali, ut satisfaciat conscientię, & ad c. fi. de tempo. ordi. quod uidet contrarium. Respondetur q loquitur de dispensatione non Papali, sed episcopi quæ est necessaria, ut tenet Laure. & Io. & sequitur Arch. l. di. de his & uidetur tenere etiam Pa. ne quis constituat sen iudicem in causa propria existimando omnino occultũ, quod forte non est, quod no. quia facit ad multa.

2 Vtrum cũ homicida casuali qui est in culpa, inferior à Papa possit dispẽsare. R. Pa. in c. continebatur eod. tit. q episcopus pôt dispensare in minoribus solũ, ut in c. ad audientiã. e. tit. archiepiscopus uero ut cõmissarius papę pôt in subdiaconatu uero uel psbyteratu solus Papa dispensat, ut in dict. cap. continebatur.

3 Vtrum mutilatio mẽbrorũ extra casum infirmitatis parificet quo ad peccatũ mortale, & quo ad irregularitatẽ, & eius dispensatione homicidio. R. glo. singularis in cle unica. e tit. q sic, facit. ca. aliquantos. l. 1. d. cum multis aliis ibidem, & ca. clericis ne cleri. uel mo. & c. in archiepiscopatu de rapto c. is qui. de homici. li. 6. & aliis allegatis in d. glo. in uersi. mutilet.

4 Vtrum episcopus possit dispensare cum homicida circa beneficium. R. secundum Hostien q circa simplex potest, sed circa curatum non, sed solus Papa. ar. c. ad supplicationem, de rennunciatio. Not. Pa. in c. fi. [e] de clepugnan in duel.

a Quamuis glo.] Hæc glossa habet pro se bonam rationem, quia irregularitas causata ex homicidio uidetur de iure diuino, iuxta illud dominicum ad Dauit. Non edificabis mihi templum, quia uir sanguinarius es, de consecra.dist.1.in principio. 1. quæstio. 7. si quis omnem. Sed Papa non dispensat contra ius diuinum. 25. q. 1. cap. sunt quidam ergo &c. Sed dicunt doctores q hoc debet intelligi quo ad difficultatẽ quia de facili non dispensat cũ talibus, nisi fortasse aliqua necessitas uel utilitas suadeat per Panor. in d. c. Ego. n. de potestate Papæ. uide in ca. proposuit. de conces. præben.

b De licẽtia Papę] Non deberet tamen facere nisi ex magna causa, ut ibi per eum.

c Si est omnino] Dicendũ in hoc casu q si quis est irregularis occulte, non potest episcopus dispensare. Secus si post ordinẽ incurrisset & esset scandalum, & procedet opinio hic posita q eps possit.

d Legem promotionis] Scias q in promotione ad ordines dupliciter lex cõsideratur. Pria lex conscientie. Secũda lex iudicialis. Prima potest dupliciter informari, primo ex l. dei & tunc nullum crimen peracta pœnitẽtia impedit a promotione, quia omne peccatum pœnitentia deletur secundum Inno. in d. c. ex tenore, & in cap. nisi. §. propter conscientiam, de renun. Vnde dicimus omnes irregularitates esse de iure positiuo secundum eum. Item secundo pôt informari a l. positiua, unde postq̃ pœnitentię arbitrarie fuerunt, pœnitentia nõ cõmensurabatur peccati grauitati, ideo nõ reputabant peccata malum grauia prout erãt a peccatoribus, ideo statutum est q in lege promotionis, i suscẽptis uel suscipiendis ordinibus sit impedimenta. Secunda est lex iudicialis est a iure positiuo sicut precedens, sed differũt quia lex cõscientie quiescit in solo fine impellendi & stimulandi conscientiam ad abstinendum a ministerio ordinis suscepti uel suscipiendi. hęc autem iudicialis præcise compellit quę informat probationibus extrinsecis. Prima autem informatur notitia priuata per quam conscientia certificatur hęc d. Anto. i d. c. ex tenore. i 4. colum.

e Not. Panor. in cap. fina. ibi dicit hanc dispensationẽ esse grossam per tex. in fi. ibi nisi secorditer, & hoc unde Panor. in ca. at si clerici. §. de adulteriis, de iudic.

Quod

5 Quid si non mutilatur, sed debilitat, an sit irregularis. ℞. Pan. in c. de diacono. qui cle. uel uo. quòd nō arg. 11. q. 1. sicut urgeri, quia licet membrum debilitatum quasi inutile quo ad operationem tamen ualet saltem ad decore, & in pęnis facienda est mitior interpretatio. concor. Gaspar. Cald. in d. c. de diacono. In contrariū tñ facit quod no. Cy. [a] in aut. sed nouo. C. de seruis fug. Vnde Bar. in l. 2 ff. de publi. iudic. in fi. dicit ꝙ mutilatio proprie est qñ membrū leditur, ita quod non potest exercere suū officium. Hoc probatur in l. idem ophilius, in princip. ff. de edil. edic. Trūcatio uero est quando ex toto abscinditur mēbrū. d. cle. unica. Non dicit truncat sed mutilat. Et ideo intellige ꝙ non est irregularis quando quis non debilitat ex toto, sed quando ex toto ita ꝙ nihil potest facere, sic teneo ꝙ sit irregularis per d. cle. unicam, & c. quicunque percuti. 23. quæstio. ultima.

6 Vtrum truncatio uel mutilatio digiti inducat irregularitatem. ℞. domi. Cardi. in cle. prædicta decima. q. ꝙ nō, sed cum sit in principalibus mēbris ſm Lau. alleg. c. 1. de clerico pug. in duel. quod loquitur de membro. Pro quo no. ꝙ mēbrum proprie sumptū & stricte est ſm Bart. & Io. de Imo. in l. 2. circa fin. ff. de publi iud. pars corporis [b] habens officium separatum & distinctū, sicut manus ad palpan. & pes ad ambulan. facit. cap. singula. 89. distin. iuncta glo. Facit text. in d. cap. sicut urgeri uideor, & in aut. prædicta sed nouo iure. Digitus autem non est proprie mēbrum, sed pars membri, [c] seu officium membri, ut in l. non sunt liberi. ff de statu hominum, & d. l. idem ophilius. Et ideo optime tenendum non esse irregularem talem truncatorem uel mutilatorem.

7 Qua pœna punitur pater qui occidit filium uel filius qui occidit patrem. ℞. Pa. in c. 1. de his qui fin. occi. ſm leges ponatur in sacco de corio cum cane [d] simia uipera, & gallo, & sic proiiciatur in flumine. Si non habetur portatur in insulam a feris deuorandus. l. unica. C. de his qui pa. uel fi. occi. & l. pe. ff. ad l. pom. de paricidiis. [e]

8 Qua pœna puniūtur alii homicide. clericus debet exponi & sine alia incorrigibilitate tradi curie seculari, [f] hoc intellige quando uoluntarię occidit. Si uero a casu tunc gloss. in capitu. fina. [g] de illis qui fin. occid. dicit quòd si a casu nulla culpa præcedente si nulla pœnitentia imponitur, nisi forte ad cautelam, quia bonarum mentium est culpam agnoscere ubi culpa non est capitu. consimilium. § 2. de obserua. ieiu. 5. distincti. ad eius. Si uero culpa præcedente dic ut supra homicidium. 2. § 15.

9 Ad quid tenentur homicide, uide infra restitutio primo in uer. homicida.

a Quod no. Cy.] Vbi etiam Bal. tractat si pro delicto sit pœna manus et illa sit inutilis, an debeat amputari.

b Pars corporis.] Vide Panor. in d. ca. 1. qui cleri. uel uouen. & in cap. Ego enim de iureiurand.

c Sed pars mēbri.] Large tamē dicitur membrum sicut quilibet lapis est pars domus. Dens tamen nō est membrū secundum Bartolum ubi supra.

d Cum cane] Ponūtur ista tria aialia ad maiorem pęnā, quia canis naturaliter fugit simiā et simia gallū, gallus uiperā, et cum uipera non inueniat refugiū, intrat corpus illius, & imponitur ista pęna ut sic ulterius careat usu omnium alimētorum ut superstiti desit cęlū, et mortuo terra. de iure autē canonico non imponitur ista pęna, ut in cap. sententiam ne cle. uel mona.

e L. pom. de partic.] Vide infra paric. da & quę ibi scribo & nota contra matres occidentes filios ex illicito coitu cōceptos.

f Curie seculari.] Quando homicidium non est qualificatū clericus deponitur in cap. cum non ab homine. Et quod ibi notat Pan. de iudi. Sed in qua ... qui fecit eū in terdici per assas ... ecclesia imponit pœnā & grauissimam pœnam. Vnde diffidit eum cum bonis suis, unde impune potest occidi capi. 1. eo. titu. lib. 6. unde conclude quod si est laycus qui commisit tale crimen, suppositus est tēporali iurisdictioni ecclesiæ, et tūc ecclesiasticus mandabit iustitiam facere, ut in capit. fina. ne clerici uel monachi lib. sexto. Et talis punitur pœna legali, quia de iure canonico nō reperitur talibus apposita, ideo recurrēdū est ad ius ciuile c. 1. de oper. no. nuncia. Aut est clericus, & tunc etiam existimo quòd deponi debeat, & sine alia incorrigibilitate tradi curie seculari. Nam si pro simplici homicidio fit depositio et detrusio in monasteriū, ut in capitu. cum non ab homine de iudic. iūcto capit. tuę de pœnis debet pro isto qualificato imponi grauior pœna, sed grauior nō inuenitur, ergo cum nō habeat ecclesia quid ultra faciat relinquit eum iudici seculari. Hoc Panormitanus in capitulo primo de his qui fi. occide.

g Tunc glos. in capitu. fin.] Loquitur de parentibus opprimentibus filios in lecto. &c. Et ad hoc facit c. quæsitum, de pœni. et remis. &c.

HOMO constituitur ex anima & corpore, altero istorum deficiente nõ est homo, ut patet ex c. cũ christus de hære. & in c. quandã de cele. mis. in cap. sicut 2. de homicid.

1 Vtrum liber homo possit dari in pignus, & in subsidium aliarum rerum deficiẽtium. R. quod non. Facit c. lator. de pigno. imo perdit recipiens eum in pignus debitum, & tãtundem de suo dare tenetur detento, uel eius parentibus. ut no. glo. in ca. ex rescripto de iureiur. & C. de act. & obli. aut. omnino. Vbi dicitur ꝙ tantundem restituat, ratio quia illa quæ non sunt in nostro commertio obligari non possunt. l. 1. §. eam rẽ. ff. quæ res pign. Sed liber homo nõ est dñs membrorũ suorũ. l. liber homo la prima. ff. ad l. aquil. Et iõ pulchre dixit Bald. in l. 2. C. de patribus. qui fi. distra. ꝙ illa. l. 2. habuit ortum a legib. antiqs fẽm quas pater poterat occidere filios. l. in suis in fi. ff. de libe. & post. quæ hodie est correcta. Et ideo solũ permittitur uenditio causa paupertatis seu egestatis uictus, quia filius sic uẽditus potest se redimere pciũ offerẽdo ipse uel alius p eo uel mancipium. ut in d. l. 2.

2 Vtrum liber homo possit dari in obsidẽ. R. quod de iure non põt, nisi papam & imperatorem, ut not. in l. obsides. ff. de test. & l. diuus. ff. de iure fisci, & per eum qui non recognoscit superiorem. ut no. Bar. in l. famem. ff. de publi. iudi. & in l. hostes ff. de capti. & in l. 1. §. de qua.[a] ff. de postul. Tñ de consuetudine usurpatum est contrariũ fẽm gl. in l. 2. C. de patribus qui fi. distra. Et sic de facto seruatur, ut etiam ciuitas quę recognoscit superiorẽ det obsides & alii similes, & habet talis consuetudo uim legis. l. de quibus. ff. de legi. imo uidetur licere de iure communi dare obsides pro pace seruanda[b] secundum gloss. in uer. obsides. in ca. ut pridem. 23. q. 8. sed non pro pecunia, ut in d. cap. ex rescripto. & d. l. prima. §. eam rem, quæ res pigno. &c. quia liber homo non potest obligari, pro pignore non potest haberi in eo ius pignoris, sed tantum ius retentionis, ut dicit. d. gl.

HONESTAS requiritur in omni negotio, quia est unum pręceptum iuris insti. de iusti. & iur. §. iuris præcepta sunt hæc. ff. de honeste uiuere &c. In matrimoniis. ff. de ritu nup. l. semper in coniunctionibus nõ solum ꝙ liceat considerandum est. s. de iure stricto, sed & quod honestum sit. s. de equitate. hęc ibi. In lege dist. 4. erit aũt in uoto. ca. magnę de uoto. In iuramento. 22. quę 5. de forma, nec fisco rem quam uendit retractare permittitur propter honestatem. l. ult. C. ne fiscus rẽ quam uen. euin. li. 10. Nec actione furti datur uiro contra uxorem, nec patri contra filium, uel econtrario pp honestatẽ. C. ff. de furtis. l. si quis uxori[c] in prin. & §. 1. ff. de fur. l. si Nec arrogato.[d] l. nec ei. §. pe. ff. de ado propterea dicit tex. in l. ex damni infecti in princi. ff. de damno infecto honestus modus seruandus est, & nõ immoderata cura usque luxuria sequenda est, propterea dicitur in l. filius qui. ff. de condi. instit. nam quę facta ledunt pietatem extimamus uerecundiam nostrã, & ut generaliter dixerim quę contra bonos mores fiunt, nec nos facere posse credendum est hæc ibi.

HONOR est maximum exteriorum bonorum, unde potentatus & diuitię propter honores desiderabilia sunt quarto Ethi.

1 Cui debetur honor. R. ꝙ solum uirtuti fẽm philo 4. Ethi.

2 An sit honor præferendus utilitati.[e] R. ꝙ sic. ar. in l. Iul. ff. si quis ob. causa te.

3 Vtrum possit appeti honor sine peccato. Resp. ꝙ non. Vnde phil. 3. ethic. dicit quòd non sunt uere fortes qui propter honores faciunt fortia. Nec ob. quod honor est præmium uirtutis. 4. ethi. & propterea sit appetibilis, quia illud est uerum quod est præmium uirtutis ex parte aliorum, qui scilicet non habent maius quod retribuant, propterea dicit idem Phi. ibidem, quod honor est propter uirtutem nõ uirtus pp honorem. Nec ob. quod idem phi. dicit ꝙ honorum amator

a L. 1. §. de qua] Bart. ibi in fi. tractat de his qui possunt famã restituere, & an ciuitates ex quo hoc uidetur principi reseruatũ. Sed de obsidibus nihil in l. uero hostes, tractat de bellis &c.

b Pro pace seruanda] Vide Pa. in d. c. ex rescripto. 2. col. uersi. unde cũ quæritur.

c L. si quis uxori] Vide ibi optimam gl. in uerbo furti.

d Nec arrogato] Quia paupериori cõceditur arrogare diuitem si sit affectio honesta, vt habetur i. d. §. pe. & ibi glo. in uer. sobrietas. dicitur ꝙ grauitas & boni mores plus ad fidem attendũtur quam facultates. l. scire oportet. ĩ. §. pe. ff. de. tu. & cur. dat. ab his.

e Vtilitati] Vide aliqua insti. de iure natura. in §. ius autẽ gentium super. gl. ĩ uer. humano. uersi. cu. quęro ultra tamen docto.

amator pluſquã oportet uel unde non oportet, uituperabilis eſt. Ergo ſine peccato aliquando põt appeti, quia concedo qñ non pp ſeipſum appetitur, ſed ad gloriam & laudẽ dei, uel ſaltẽ aĩarum, alias ſemper peccatum eſt.

4 Vtrum ſit mortale peccatũ inordinatus appetitus honoris. R. ꝙ ſic ſm quòd ambitio eſt mortale peccatum, de quo uide Ambitio aľs nõ.

5 Vtrum oblatus honor ſit ſuſcipiendus. R. ꝙ non, niſi ſecundum ꝙ dicitur. 1. q. 1. nõ eſt in ſi. Quiſquis igitur ſacerdotiũ non ad elationis pompam, ſed ad utilitatem adipiſci deſiderat, prius uires ſuas cũ eo quòd eſt ſubiturus honore metiatur, ut ſi eſt impar abſtineat, & ad id cum metu etiam cui ſufficere exiſtimat accedat, hæc Gregorius.

6 Vtrum quærenti ſit dandus. R. quod non, imo auferendus, ut 1. q. 6. capit. ſicut his. Fugienti uero eſt dandus, ibidem, & 8. q. 1. in ſcripturis. [a]

7 Vtrum doctor qui in docendo principaliter quærit ſuum honorem peccet mortaliter. R. Henri. de Ganda. primo quolibet. q. 34. quod qui utitur aliquo principaliter ad quod non ordinatur in quo Deum cõtemnit, peccat mortaliter. & ſic concludit quod doctor qui principaliter quærit honorem ſuũ in docendo, & ſic præfert honorem ſuum honori diuino, peccat mortaliter, quia ut dicit Auguſt. lib. 1. de doctrina Chriſtiana ad fidẽ ſpem & charitatem tota militat diuina ſcriptura quæ principaliter ordinatur ad honorem Dei. In quo Deus contemnitur ſi principaliter ad alterius honorem ordinetur. Sed ſane intellige, & limita uerum, qñ legit aliquid qđ eſt principaliter ordinatum ad honorem Dei, ut cum prædicat & huiuſmodi, quia ſecus credo qñ legit aliquid quod non eſt principaliter ad honorem dei, ut ſunt leges & multæ ſcientiæ quæ ad pacem hominum & utilitatem principaliter ordinãtur, quia tũc non contemnitur deus. Et ſic non erit mortale peccatum. Et de hoc uide. Vana gloria.

HORA canonica (prout hic accipio) eſt officium diuinũ certa hora diei naturalis deo perſoluendum ab eccleſiaſticis perſonis.

1 Quot ſunt horę canonicę. R. ſecundum glo. [b] in cle. 1. de cele. miſ. quod ſunt 7 ſcilicet matutinũ, prima, tertia, ſexta, nona, ueſpere, & completorium.

2 A quibus debent dici. R. quod ab omnibus eccleſiaſticis perſonis, facit cap. fin. 92. diſt. ubi gloſ. 1.

3 Vtrum omnes eccleſiaſtici teneantur de præcepto ad omnes horas canonicas dicendas. R. ſecundum glo. in d. c. fi. quod ſic. & eã uidetur ſequi Innoc. in c. 1. de celeb. miſ. ſed doc. communiter in d. c. 1. dicunt quod non omnes tenentur. Sed ſolum triplex genus eccleſiaſticorum. Primum genus eſt illorum qui ſunt beneficiati, [c] hoc patet per dic. c. fin. ubi dicit, eccleſiæ deputati, ſcilicet per beneficiũ, & ſic ſoluitur opinio gloſ. prædicti cap. fina. Facit capitulum cum ſecundum de præben. ubi qui altari ſeruit. Secundum genus ſunt exiſtentes in ſacris, licet non ſint beneficiati, probatur per d. c. primum, & in cap. dolentes eodem titu. & quod ibi Innoc. & quamuis Panor. in d. cap. 1. dicat eſſe tutius quam etiam exiſtentes in minoribus, quamuis non ſint beneficiati teneantur ex quo in partem domini ſunt aſſumpti, tamẽ ego non credo, niſi de bono conſilio. [d] Tertium genus eſt illorũ qui per profeſſionem uel uotum ad id faciẽdum ſe obligauerunt cap. licet. de uoto.

4 Vtrum clericus beneficiatus exiſtens in minoribus cum eſt abſens ex cauſa legitima & deſeruit eccleſiæ per uicarium, teneatur ad horas canonicas. Reſpon. ſecundum Panormita. in d. cap. 1. quod ſic. & hoc eſt de

mente

a In ſcripturis] Vide ibi bonam gl. in uer. fugiẽtibus.

b Secundũ gl.] Eſt in uer. canonicas, ſed ipſa non enumerat eas, ſed allegat. c. 1. de cele. miſ. ubi iſte ſeptem horę numerãt. Addit tamen d. gl. pithagorã dixiſſe duorũ tẽporum curã habendam. ſſ. manę & ueſpere. Adde, ꝙ in c. ſi quis epiſcopus el ſecũdo & 11. c. 3. ſolũ ſit mẽtio de matutino & ueſpertino officio. Idem in c. [illegible] di. ſed gl. ibi dicit ꝙ matutinũ intelligitur uſque ad nonam incluſiue, ueſpertinum uero reliquum.

c Qui ſunt beneficiati] Ad hoc a laycis dati ſunt reditus clericis ut ipſi in officio uices laycorum ſuppleant & ideo beneficiati tenẽtur ad horas nõ ſolũ ex ſtatuto, ſed ẽt ex obligatione iuſtitię & quia ordinẽ ſacrũ nullus debet cõferre niſi beneficiato uel ei qui ad ſuum patrimoniũ loco eccleſiaſticorum reditum uoluerit ordinari. c. cum ſecundum de præben. & c. epiſcopus ideo qui licet habens ordinem ſacrũ tenetur ad has horas canonicas quia eccleſiæ ordinãdo ipſum intendit ad hoc miniſterium obligare.

d Niſi de bono conſilio] Et ſic ſeruat generalis cõſuetudo, quidã tamen dicũt officiũ beatæ uirginis & bene faciunt.

mente Inno. in d.c.1 Ioann. An. & est tutius licet, Abbas, & quidam alii dicant quod non tenetur, quos credo dicere uerum, si nullam utilitatem in absentia reciperet ab ecclesia, alias nõ est uera opinio. cum non solum beneficium detur, ut seruiat ecclesiæ, sed etiam ut oret pro his qui beneficium constituerũt concor. cum hoc Cardinalis in dicta clementina prima secunda quæstione.

5 Vtrum clericus excommunicatus teneatur ad horas. Respon. quod si est minori excommunicatione innodatus potest & debet dicere & cum aliis secundum quod infra dicam. Si uero est excommunicatus maiori excommunicatione, sic solus tenetur dicere sine Dominus uobiscũ,[a] & etiam degradatus si est in sacris, uel si non est in sacris, si tamen tenet beneficium. Facit quod legitur & no. in c. legi. 16 q. 1. in prima glo. & concor. communiter doctores in hoc.

6 Vtrum papa possit dispensare, ut præfati non teneantur ad horas canonicas. Respon secundum Panormitanum [b] in dicto capitulo primo quod non quinsepties in die teneantur laudare deum. In modo autem dicendi dispensare potest.

7 Vtrum dimittẽs officium ex infirmitate excusetur. Respon. secundum Innocen. in dicto capitulo primo quod sic, si est talis infirmitas in qua directe uel occasionaliter sibi obesset uel obesse timeretur & si celebrationi intenderet. [c] Dicit tamen Panormitanus in dicto capitu. primo quod si nocumentum esset leue, ut in febre quartana uel longa, uel modica non excusaretur, si non diceret.

8 Quid si ex obliuione aliquam horam dimisit. Respõ. non credo sit mortale peccatum, debet tamen supplere, quod omisit, & doleat de negligentia sua. Innocen. autẽ in dict. capit. primo uidetur sentire quod confessor posset ei imponere aliam pœnitentiam, etiam si uoluntariæ dimisit, licet consulat ut imponat qđ suppleat quæ omisit, nisi quando uideret non proficere, sed hoc tene de bono consilio, [d] & quod confessor possit ei imponere aliud quod sit ad laudem dei, puta. 7. psalmos, & huiusmodi, tenet Thom. in quoli. & Petrus de Palu. in 4. distincti. 15. etiam si dimisit uoluntarie.

9 Vtrum non habens librũ uel carens uisu & huiusmodi excusetur, si non dicat horas. Respon. quòd sic, [e] ar. cle. fin. de ui. & ho. cle. dum tamen suppleat per psalmos uel pater noster & hmõi.

10 Vtrum præfati obligati ad horas peccent mortaliter ipsas omittendo ex negligentia. Respon. Henr. deganda. in quoli. tenet quòd peccat mortaliter omittendo, nisi ratione infirmitatis uel alterius causæ legitimæ impediatur. Ricard. uero anglicus in quoli. dicit quod si dimittat ex negligẽtia, non auderem dicere ꝙ mortaliter peccaret. si uero ex fastidio diuini cultus uel contemptu, sic mortaliter peccat. Credo ẽt ꝙ consuetudo in hmõi dimissione sit mortale peccatũ Hæc Ric. quæ opinio est humanior, & subdit secũdũ Iuristas binus actus cõsuetudinẽ inducit. Sed opi. Henrici uidetur tutior.

11 Vtrũ clericus bñficiatus nõ dicẽs offiñ teneatur restituere fructus quos interim recipit ab ecclesia. Respon. Ioann. Cald. in d. cap. [illegible] dicit quòd sic, [f] quia propter officiũ datur benefi-

a Dominus uobiscũ] Idem Pa. in c. 2. de cleri excommu. mi. quia dominus uobiscũ nõ est uerbũ priuatę personæ, & no. ꝙ peccaret non dicẽdo officium, quia debitũ nõ debet sibi præstare immunitatem, ut l. & si necesse, de donatio. inter. ui. & uxor. & l. relegatorum. ff. de interdi. & relega. & sic per modũ orationis dicet idem supra excommunicatio ulti. §. 3. idẽ dic in degradato, uide ad hoc c. si quis episcopus cũ seq. 11. q. 3.

b Respon. secũdum Pa.] Vltimo nota, quamuis Io. An. de lig. in clemẽ. secunda de cele. missæ aliter senserit & male ut puto.

c Intenderet] Forte etiã non tenet talis ad audiendũ, et dicit ibi Innoc. ꝙ qui omisit offiũ ex infirmitate non tenetur ad aliquid, sed qui omisit ex culpa tenetur ad satisfaciendũ pro peccato omissionis ut in §. sequen.

d De bono consilio] Hoc etiã potest defendi de iure ciuili stricto, quia in obligatione facti succedit obligatio ad interesse. li. stipulationes nõ diuiduntur. celsus. ff. de uero. ob. & l. si q. ab alio. in si. ff. de re. iudi. qa opera unius diei sunt diuisa ab aliis. l. si ususfructus ibi ẽ nium. ff. de usu fruc. leg. & l. si non sorte. §. libertus. ff. de cõdi. in de. hęc Ab. in dic. cap. 1.

e Respõ. quod sic] Nam ecclesia nõ habet præcise modũ specialem in dicendo officium, pz tet in monachis, clericis et aliis religiosis, qui diuersimode persoluunt horas.

f Quod sic] Idẽ tenet Bal. in l. 1. primo no. per illũ text. C. de his qui. ut indi. et subdit quod tanquã indigni tenentur restituere fructus, idẽ Io. Cal. in c. cum tu. de usu. uersi. circa diuinum officium. Anch. cõs. 225. incipit primo inquirendũ est et est tex. in c. cum ex eo. de ele. in 6. Ge. in c. si. in prin. de rescri. ubi tex. Ias. in l. pe. C. de testa. mi. & Pa. dicit quod hoc est tutius.

beneficium, ut in c. diuerſis, de cle.coniuga. Et ideo cum aliquid datur propter cām, cauſa non ſecuta repetitur. ff.& C. de condi.cauſa da.cā nō ſe, per totum, dñs Card. tenet contrarium, & Panor. dicit q́ prima eſt nimis rigida, ſed ego credo q́ licet ſit rigida tamē eſt uera, & ideo ſequenda. Et rñſio Pa. ad motiua Calde. non eſt ualida, quia licet dentur redditus, ut dicit, c.diaconi ſunt, 93. di. & c.2. de præben. non quidem tamen ſimpliciter, ſed ut uiuat ſecundum cultum dei, & facit ꝑ hoc, c.clericus uictū, 91. di. arguendo a maiori, & hoc tenet etiā Laudunus in clericis qui non implent officia ſua, ſed uoluptatibus uacant quod tenentur fructus reſtituere.

12 Quid debeat dici pro hora. ℞. Card. in cle. 1. de cele. miſ in prin. 7. q. Laudunus dicit quod ſi eſt conſtitutio uel conſuetudo illa ſeruetur. 12. diſ. nouit, quia nec hoc uel illud dicere eſt in præcepto, dū diuerſi diuerſa dicant, de cōſe. di. 5. in die reſurrectionis. Verum eſt quod clerici ſeculares debent dicere ſecūdum ordinem Romanæ eccleſiæ, d.c. in die uel ſecūdum eccleſiam metropolitanam, 12. di. c.fi. nec reprobatur uſus alicuius eccleſię antiquus ſecūdum Laudunum ubi ſupra. Vbi clerici ſunt contenti tribus pſalmis, licet eccleſia Romana uł metropolitana hoc non ſeruet. Secus eſſet ſi priuata perſona hoc ſibi faceret. Aduerte etiā quia dicit direct. li. 1. tit. 8. quod clerici ordinaci ad titulum ſui patrimonii poſſunt dicere quodcunque officium uolunt, quia nō obligantur ad iſtam uel illam eccleſiam. In regularibus uero dicit ſeruandam eorū regulā uel ſtatutum in hoc 12. diſt. cap. fi. Et hoc uerum niſi ſint priuilegiati ut cleric & religioſi qui ſunt comenſales domeſtici alicuius Cardinalis ſeu epiſcopi, gratiam & communionem ſedis apoſtolice habentis, qui licite ſe eis conformare debent, ut in cle. ſi. de cele. miſ.

13 Quid de eo qui ex diſpenſatione eſt beneficiatus in duabus eccleſiis. ℞. quòd debet dicere officium ſecundum illam in quā tenetur facere, reſidentiam, quod ſi ad nullius reſidentiam tenetur, tunc credo q́ pōt ſe conformare illi eccleſiæ in qua ſe reperit officia celebrare. Si uero dicit per ſe tunc ſecūdum Tho. in quolibet uidetur quod debeat dicere ſecundum ordinem illius eccleſię in qua habet maiorem dignitatem [a] q̄uis forte in aliam habeat pinguius beneficium. quod credo de bene eſſe, non de neceſſitate fore uerum, cum poſſit dicere quod uult ut ſatis patet ꝑ not. in c. 1. de cele. miſ. per Innocen. & alios doctores.

14 Vtrum peccet mortaliter qui ad libitum ſuum mutat officium conſuetum ℞. credo q́ ſic in clerico prębendato, & religioſo. Secus in alio ordinato ad ſuum patrimonium.

15 Vtrum monachus præpoſitus eccleſiæ ſeculari, teneatur dicere officium monachale. ℞. quòd ſi perpetuo eſt aſſumptus, & ſic translatus ſic, cum nihil habeat commune cum monaſterio. 16. q. 1. ne ꝑ cuiuslibet nō dicet monachale, ſed illius eccleſiæ ad quā trāslatus eſt, & placet Io. 16 q. 1. c. 3. & Goſ. in ſumma de ſtatu mo. §. ſed nunquid abſoluitur, & Hoſti. in ſum. eo. ti. §. 2. uerſi. ſed nū quid. Secus eſſet ſi non eſſet translatus niſi ad tempus, quia debet dicere monachale, & hoc ſentit aperte glo. pen. in ſi. cle. ſi. de cele. miſ. & facit tex. ibidem in argumentum.

16 Quid ſi dicendo officium in choro cum aliis ex aliqua neceſſitate intermiſit pſalmum uel lectionem. ℞. ſecundum Inno.[b] in c.dolentes, de cele. miſ. q́ non tenetur illud reaſſumere, licet ſic cautius reaſſumat, dummodo non ſubtrahat uocem ſuam ab officio chori. imo plus dico quod etiam ſi aliquid omiſit ex negligentia ſua, quod non debet ſupplere ſubtrahendo uocem ab officio chori, ſed poſtea [c] ſuppleat ſi aliquid notabile omiſit. Si uero eſſet uerſus uel quid minimum, ſuppleat per aliquem pſalmum uel pater noſter. Idem

Gggg dic

a Maiorem dignitatem] Puta quia in una eſt decanus, in alia ſimplex canonicus.

b Reſp. ſecundum Inno.] Refert. Pan. ibidē, uer. querit hic Inno.

c Sed poſtea] Si is qui tenetur ad horas ex induſtria & negligentia ſola, omittat mortaliter peccat. ca. dolētes, de cel. miſ. ſecus autē ſi ex obliuione. uide ſupra. § 8. uel alia neceſſitate, tñ nō ſūt tot peccata quot ſunt horæ omiſſæ, quia totum officiū diuinum unius diei eſt unum totum integrū ex ſuis partibus, & iō præcepto uno præcipitur & tranſgreſſor non trāgreditur, niſi unum ꝑceptū, & hoc tanto amplius quanto plures ꝑtes eius amittit. bene tamen cōcedo quod pluribus uicibus omiſsio unius officium pła facit peccata mortalia, quia hoc totum integrale præcipitur quotidie adimplendum, hec ſupple. in uer. hora.

a Tale quid dicat] Dicunt tamẽ aliquid qđ ea quæ a choro solent insimul cantari, de necessitate ab omnibus debẽt dici, ut sunt responsoria. tamẽ unisquique põt facere secũdum quod sibi conscientia dictat.

b Quia sic esset peccatum] Puta ut quietius somno & uoluptati uacet.

c Deuote psallatur] Hoc tenet in Hostien. in c.1.eo.tit. refert gl.in d.cle. in uer. debitis.

d Ita ad punctum] In hoc seruari dbet laudabilis consuetudo ar.12.d.c. illa tamen melius est pueniri re q̃ præueniri secundum Io. Andre.& Pa.in ca.1. de ce.mis. & ponunt exẽplũ de una bona portata ab Angelo & marcida cuidam hę remite &c.

dic secundũ Henric. de gan. in quolibet, quod si quis nõ ex malitia, sed cum causa legitima non intersit in principio officii uel fini, quod nõ oportet a capite reincipere uel finem perficere, propter perfectionẽ charitatis qua unum corpus reputatur, & quod unus dixit extimatur alter dixisse. Et hoc uerũ nisi chorus multum in principio processisset, uel multum de fine restaret, hæc ille.

17 Vtrum teneatur quis dicere id quod secundum consuetudinem chori aliquis solus dicit uel associatus, qñ dicit officium in choro. ℞. ꝙ non, sm Pet. de palu. in 4. di. 15. quia id quod dicit unus reputatur dici ab omnibus, quando ex aliqua rationabili causa ita est consuetum, ut solus tale quid dicat. [a]

18 Vtrum dicens officiũ si prætermittat unam horam ex obliuione uel quid simile, puta lectionem uel psalmum teneatur iterum reiterare totum. ℞. ut colligo ex doctrina Innoc. ubi supra sequitur Laud ꝙ non, sed sufficit supplere quod omissum est, unde qui dimisit hymnũ uel psalmum primi nocturni cum aduertit, & est in tertio nocturno, non oportet reincipiat disturbando officium, uel qui dixit tertiam & aduertit non dixisse prima, non oportet dicat iterum tertiam, sed post officium suppleat omissum & doleat de negligentia, dicit Pet. de Pal. ubi supra, ꝙ qui notabiliter maledixit officium, si uult euadere mortale debet redicere totum. Sed si modicum dimisit puta psalmum, uel dictionem, tenetur illud repetere post officium uel aliquid loco eius dicere si uult euadere peccatum ueniale.

19 Vtrum debeat dicere pater noster post horas. ℞. quòd sic post uesperas & matutinum de conse. di. 5. ca. id semper & de consuetudine dicitur in fine omnium horarum, quia matutinum accipitur pro omni officio usque ad nonam, & pro uespere omne aliud quod restat, ut patet in d.c. id semper, & c. conuenit ibidem.

20 Qua hora sunt dicende hore canonice. ℞. debent dici tempore suo. s. matutinum in nocte. prima in ortu solis, & sic de ceteris, nisi ex necessitate, ut hic. 1. dicam. De hoc per Pa. in c. 1. de cele. mis.

21 Sed nunquid in sero poterit quis dicere matutinum sine peccato. Respon. ut ex prædictis patet ꝙ sic; si ex rationabili causa facit, quia secundum Tho. in quol. Melius est si deo debitas laudes præueniendo reddamus & alia honesta officia postea faciamus, q̃ si per unum aliud impediatur. Secus esset si faceret non ex rationabili causa, quia sic esset peccatum [b] ar. cap. clericus el. 1. 91. distin.

22 Vtrum sit mortale peccatum non dicere horis debitis sine causa rationabili ℞. ꝙ nõ, nisi quis faceret in contemptum dei uel ecclesię, cum nullum ius præcipiat ꝙ dicatur horis debitis nisi cle. 1. de cele. mis. quæ uidetur præceptiua propter uerbum sancimus s. ꝙ officium horis debitis in cathedralibus regularibus & collegiatis ecclesiis deuote psallatur [c] & ideo credo quòd peccarent mortaliter prelati, si in prefatis ecclesiis horis debitis nõ facerẽt dicere, & ẽt illi qui uel sunt beneficiati in præfatis ecclesiis, uel subditi prælatorum regularium, cum imponitur eis a prælatis, si non diceret. Nec accipias horam debitam ita ad punctum [d] sed grosso modo & largo, sicut dicere matutinum in aurora uel quasi censeatur in media nocte & huiusmodi, alias autem a particularibus personis, uel in aliis ecclesiis a prædictis non dicere horis debitis erit peccatum ueniale sine rationabili causa. Ex causa uero rationabili etiam in prædictis ecclesiis liceret ut puta, quia processio est fienda uel prædicatio & huiusmodi. Et propterea præueniunt tempus debitum.

23 Vtrum matutinum sit dicendum anteq̃ missa dicatur uide infra Missa. §. quinquagesimosecundo.

24 Vtrum idem sit de prima, uide ibidem.

25 Vbi debent dici hore canonice. ℞. ꝙ in ecclesia, ut not. glo. 92. dist. in cap. fi. sed hoc intelligo quo ad clericos qui in ipsa sunt

sunt beneficiati, propter uerbum politum in d.c.fi. ecclesiæ deputatus, ergo uidetur clericus beneficiatus q peccet mortaliter sine rationabili causa ibi non dicens officium, quia dicit ibi text. in d. c. fi. quòd qui non conuenerit, deponatur a clero. Et quo ad ecclesias collegiatas uel regulares, clarum est quòd est de præcepto, ut ibi dicatur, ut patet in cle. 1. de celeb.mis.no.Inno.in c.1. de celeb. mis. quo ad alias non credo.

26 Sed nunquid peccet toties mortaliter quoties non conuenit [a] clericus beneficiatus uel religiosus ad chorum sine rationabili causa. R quòd non credo, quia materia nõ uidetur ita ponderosa, sed quando duceret in consuetudinem uel quando officium ecclesię pateretur iacturam in celebratione, tunc nõ excusaret a mortali. et sic limito [b] & intelligo d.c. fi. Ex aliqua tamen rationabili causa, licet prelatis & aliis se absentare, dũmodo officium dicãt eundo uel stando in domo sua. Nec ob. c.a.eps. de conse. di.3. Quod uidet inuere sufficere epo, si die dominico ad ecclesiã cõueniat, quia illud.c. non dat licentiã absentię, sed nõ uult, ut pro alia cã q infirmitatis & similis absit diebus festiuis. Et q aliis diebus debeat interesse facit.c.peruenit [c] ad nos.7.q.1.& ca. episcopus, uilem.41.dist. cessante intellige impedimento.

27 Quo ad attentioné seu deuotionem quæritur utrũ peccét mortaliter nõ dicétes officiũ deuote & studiose. R gl. in cle. 1. in uerbo fructus, de cele. mis. tenet quòd sufficit dicere ore. licet non corde [d] Sed cum ea concurrunt multi canonistæ in d.c. dolentes, de celeb.mis. Alii autem tenẽt quod est de pręcepto, ut dicatur deuote & studiose per d.cap.dolentes ut sic deuotio denotet attentionem, & studiositas modum dicendi. [e] Sed tu dic ẽm Pe.de pal. in.4.dist.15.quod attento ad officium sicut ad quodlibet bonum opus potest requiri duplex.

28 Primum ut officium ab intentione procedat & isto modo attentio requiritur ad officium, non solum propter meritum, sed etiam ad euitandum peccatum, quia nullum opus est meritorium nisi ex intentione procedat, aliter non esset humanum, cum homo sit homo per rationem & uoluntatem. Similiter ad euitandũ transgresiones præcepti, quia præceptum datur hominibus. Et ideo oportet quod non procedat ex sola imaginatione quæ communis est nobis & brutis, sed ex deliberatione quę requirit attentionem. Secundo modo ut totum officiũ attentio concomitetur actualiter, & hoc nõ requiritur nec in officio, nec in aliis bonis orationibus uel operibus, quia est impossibilis humane fragilitati, [f] requiritur tamen quod orans scienter non distrahat mentem ab officio, quia hoc non posset esse sine mortali peccato, uel ueniali, nam euagatio quæ est præter intentionem & propter pręcedentem occupationem licitam, non est peccatum. Secus si propter illicitam sed euagatio quę est aduertentis & solum ẽm actum interiorem, licet sit temeraria & grauis forte, non tamen est mortale nisi propter contemptum, quia ecclesia non habet iudicare de interioribus actibus mere, propter quod minister ecclesiæ, licet dicendo officium aliud cogitet non uidetur transgressor pręcepti [g] ex natura facit, si autem euagatio mentis sit ex hoc quod aliquis scienter se occupat in actu exteriori qui non secum patitur attentionem, sic uidetur esse mortale peccatum, & directe contra pręceptum. c.dolentes, de cele.mis.ubi præcipitur ut studiose pariter & deuote

a Non conuenit] Gl. in c.fi.in uer.uagandi, de rescri. li. 6. dicit q clerici p horam non debent abesse ab ecclesia.92.dis. c.fi.& 46.di.clericum, & c. his igitur. ubi tex. aureus.23.di.in fi. De religiosis dicit Grego. in c. quia tua. 12. q.1. q prę aliis debent diuinis officiis inuigilare. sicut bonis operibus uiuãt & cauẽdis psalmus inuigilẽt, hæc ibi.

b Et sic limito] uide glo. in cle. unica. de relig. & ue. san. uer. orationes, in 7. membro.

c C. peruenit] Dicit gloss. ibi q episcopus p sex menses potest abesse secũdum canones. cap. ex tuæ, de cle. non resi. secundum leges per annũ i aut. quo oportet epos. §.illud.

d Licet nõ corde] Datur exemplum de eo q uadit ad sanctum Iacobũ, qui non oportet q semper cogitet de hoc.

e Modum dicẽdi] ne dicat cũ sincopa. ad idẽ cle. 1. de cele. mis. ibi cum deuotione. Et Hiere. Maledictus qui facit opus dei desidiose. Et corde. n. plusq ore orandum e.92. d.c.1.& 2.

f Humane fragilitati] Cor.n. hois uagũ est, ẽm Boe. & re-

citat Panor. in ca.dolentes.

g Transgressor præcepti] etiam de iure diuino debemus deuote & attente orare & psallere, psalmo secũdo, exultate ei cum tremore, & psalmo 96. Psallite ei sapienter, itẽ etiã ius positiuum se extendit ad interiora in foro pœnitentia li.in c. consuluit, de usur. Et patet in c. dolentes, de cele. mis.

denote dicatur, hoc non obseruant qui occupantes se in actu exteriori scienter sibi attentionem subtrahunt. Idē Tho. in 4. dist. 15. dicis. q̄ qñ aliquis mentē ex proposito distrahit ad alia in orādo sine culpa non est, & p̄cipuæ si in aliis sponte se occupat, q̄ mētem distrahunt, sicut sunt exteriora opera, & si mēs ad cōtrarium euagetur erit culpa mortalis. Si autē sine hoc q̄ percipiamus mens ad alia euagetur uel culpa caret uel minima erit, nisi præcedens cogitatio ex qua contingit euagatio talis esse dicatur in culpa, hæc illæ, & hoc teneas limitando tamen dictū Thomæ uerum quo ad orationē quæ est de p̄cepto sicut est officium & huiusmodi, non autem quo ad orationem quæ ex deuotione est & uoluntate solum. Aduerte tamen secundum Tho. 2. 2. q. 82. ar. 1. q̄ deuotio nihil aliud esse uidet, q̄ uoluntas quedā promptè se tradendi ad ea quæ pertinēt ad dei famulatum, similiter attende s̄m Tho. in 4. di. 15. q̄ requiritur q̄ attentio remaneat in oratione nō per essentiam actus, nec sufficit q̄ sit in habitu solum, sed q̄ sit s̄m uirtutem [a] quæ est medium quid inter prædicta duo. Et tunc uidetur manere s̄m uirtutem qñ accedit ad orationem cum intentione aliquid impetrandi, uel deo debitum obsequium reddendi, etiam si in prosecutione mens ad alia rapiatur, nisi tāta sit euagatio q̄ omnino depereat uis primæ intentionis. Et ideo oportet quòd sępius homo cor reuocet ad seipsum. Et ex his patet quid tenendū de confabulantibus & alias dissolutiones facientibus in officio, aut ipsum dicentibus faciēdo aliquod exercitii manuale, quod bene no.[b] Et secundum prædicta intellige & limita. d. c. dolentes, & doc. ibidem.

29 Vtrum clericus cātans in ecclesia officiū diuinum ut placeat populo peccet. R. Pan. in c. ut quisque. 2. nota. de uita & honest. cleri. quòd sic grauiter. Vnde dicit Isidc. dū cum moribus stimulat qui populū uocibus [c] mulcet, alias delectat. facit quod dicitur & no. 92. di. cap. 1. & 2. de quo tamen utrum sit mortale uel ueniale uel nullum. Dic ut infra placere.

HORROR futuræ uitæ est filia luxuriæ inquantum reputat bonum æternum ut bonum arduum, quia propter delectationes uenereas non appetit, imo fastidit bona æterna ac si non essent ardua & summa.

HOSPITALE quod alio uocabulo dicitur sinodochium. Aliud dicitur religiosum. Aliud non religiosum. hospitale religiosum dicitur quando autoritate episcopi edificatum est cap. ad hæc de relig. do. & tunc pertinet ad ipsum episcopum non ut disponat de reditibus ad libitum, sed ut ordinet ut dispensentur ad usum destinatum. ar. cle. quia contingit, de religio. domi. Hospitale quod non est religiosum est illud quod sine autoritate episcopi constructum est, [d] nec episcopus potest se de eo intromittere, sed patronus qui edificauit ad libitum disponet, ut in c. inter dilectos, & ibi per Inn. de dona. Et quamuis episcopus exercuerit ibi unum ius [e] episcopale, non potest tamen p̄ hoc alia exercere secundum Fede. cons. 225. quia de possessione unius articuli non est inferendum ad alios articulos, ut in c. cum cōtingat. de deci. Nec ob c. 1. de reli. do. quia locus de quo loquitur necessario debebat esset subiectus alicui episcopo, & ideo præsumitur pro eo qui exercuit unum ius in eo. Simile infert Io. An. in regula quod alicui li. 6. in mercurialibus q̄ patronus qui exercuit ius præsentandi, alio non apparente [f] præsumitur patronus ex quo ius patronatus ad aliquem debet pertinere, & alius non appareat nisi iste qui exercuit actus patroni, nō sic in casu nostro q̄a hospitale necessario

a Quod sit secū dum uirtutem] uide s̄. baptismus. 5. §. 8. cū animo ibidem, & infra missa. §. 12.

b Quod bene no.] Peccare; nā que tales uidētur mortaliter, cum studiose proiiciāt attentionem, & uide Abb. in d. c. dolētes in fi. qui ponit tres dicendi modos, & subdit. credere quātitatem reatus considerandam ex qualitate & quantitate contemptus & negligentiæ, hæc ille.

c Qui populū uocibus] Abb. ibi alleg. gl. in ca. odi. 24. q. 1. quę dicit contra scholares q̄ uadunt ad ecclēsiam, ut uideāt dominas, quia corde potius orandum est q̄ ore & ad laudem dei.

d Cōstructū ē] Hospitalia possunt redire ad humanos usus, si sine autoritate episcopi constructa sunt, & sic nō sunt religiosa. Panor. in c. ad hęc, de relig. do.

e Vnū ius] Puta quia uisitauit uel officialem amouit.

f Alio non apparente] Archi. tamen in c. 1. de iure patro. lib. 6. tenuit cōtrarium & male. secundum Abb. in ca. 1. de religio. do.

a Vt patet] Facit q no. Bart. in l.1.§.si quis. ff. de iti. actu. quæ pri. ubi dicit q pretẽdẽs habere iurisdictionem in loco tantũ obtinet quantũ probat se exercuisse, & non amplius, unde infert si inferior a principe dicit se habere potestatẽ exigendi uectigalia ex prescriptione solum obtinebit in illis rebus in quibus probat se exegisse, ita Pa. in cap. 1. de rei. lig. domi. ubi dicit omnia quæ hic sunt in tex.

b Curam habere potest] de hoc per Pa. in d.c. inter dilectos, in fi. Nunquid autem hospitale possit p episcopum uisitari, uide Fed. consil. 16. alias. 156. & an possit eps exigere iura episcopalia, uide eundẽ consi. 225.

c Nisi talia] Inquit Pan. nisi habeant ecclesiam curatam, sed hoc debet intelligi ut hic, nã religiosi nõ possunt extra monasteriũ intitulari nisi propter curam animarum. c. super eo. de regu.

d Cle. per literas. Oportet. n. q papa exprimat expresse p literas ut ibi, aliter in generali prouisione pro clericis nõ ueniunt hospitalia.

cessario non est religiosum ut patet.[a] Limita tamẽ hoc uerum, quòd episcopus non potest se intromittere quando non est religiosum secundũ Pan. in c. de sinodochiis. de relig. do. uerũ nisi pronus qui ipm edificauit esset mortuus, quia tunc ad curam epi pertineret ut uolũtas defuncti pia mandaretur executioni, ut uidetur text. in aut. de ecclesia. ti. §. si quis edificatione, & §. sequen. Vnde licet talis locus nõ teneatur epo rñdere in episcopalibus, tñ eps curam hře põt,[b] ex quo pius locus est. Quod uerum est, nisi testator qui ipsum edificauit aliter expresse disposuisset, quia illud seruandũ, ut in d. §. si quis. Ex quo patet q quilibet potest hospitale edificare etiam cum oratorio, ẽm Ho. & Pa. in d. c. ad hæc sine alia autoritate. Sed in oratorio non põt celebrari sine licentia episcopi de cõse. di. 1. c. unicuique, & d. c. inter dilectos de don.

1 Quis põt præfici p rectore hospitalis. ℞. Pan. in d. c. de sinodochiis, q religiosi nõ possunt deputari, nisi talia[c] hospitalia habeãt curã aĩarum, uel nisi hospitale esset subiectum monasterio, & monachus deputaretur per abbatẽ tanq̃ obediẽtiarius, ẽm Fed. cõsi. 155. Clerici seculares possunt esse rectores, sed nõ possunt hře in titulũ bñficii, ut in cle. qa cõtingit. §. ut aũt de relig. do. & cle. p literas[d] de præb. Layci oẽs possunt restitui rectores, dũmodo sint uiri idonei & puidi & boni testimonii, qui sciant uelint & possint loca ipsa & iura eorum utiliter regere, ut in d. §. ut aũt in cle. prædicta quia contingit.

2 Quid debent facere prædicti rectores. ℞. q debẽt ad modum curatorum & tutorũ iuramentum præstare, ac inuentarium facere de bonis ipsorum locorum, & annuatim[e] reddere rationem ordinariis sub qbus sunt uel ab eis deputatis alioquin collatio prouisio & ordinatio talium est nulla ipso iure, ut in d. cle. quia cõtingit.[f] Verum quòd nõ extẽditur hoc ad hospitalia militarium ordinum[g] aut aliorum religiosorum. Præcipitur tamẽ omnibus rectoribus sub obstentatione diuini iudicii & per obedientiam, ut redditus in usus pauperum conuertant & non in alios. Rectores tamen militarium & religiosorum hospitalium sufficit prouideant secũdum eorum ordinum instituta & antiquas obseruantias pauperibus. Quod est limitandum qñ quod superest exponunt pro fide uel pie, alias nõ excusantur si male expendunt in non pios usus, quia negari non potest quin tales redditus sint instituti propter pios usus.

e Et annuatim] Vide i l. orphanotrophos. in fi. C. de episcop. & cle. Et in aut. de ecclesia tit. in §. pe. col. 9. quæ leges loquuntur de ratione reddẽda pupillis & orphanis, sic tenẽtur rectores episcopis ut hic & in auth. de sanctis epi. §. iconomos colla. 9.

f Vt in d. cle. qa cõtingit] §. illi etiam, uide ibi gl. optimas.

g Militarium ordinũ] Vt scilicet Ioãnis ierosolimitani & san. Anarie teuthonicorum, & huiusmodi.

3 Quid de administratione sacramentorũ & celebratione in ipsis hospitalibus pauperibus ibidem. ℞. quod debet seruari antiqua consuetudo quo ad exercenda & ministranda spũalia supradicta, ut in d. cle. quia cõtingit. §. fi. Præcipitur oĩbus ad quos de iure uel consuetudine uel statuto uel priuilegio pertinet cura hospitalium, quòd bona deperdita alienata indebite, in statũ debitum reducant & reforment, ut rectores iuxta facultates prouentuum insistant sustentationi & receptioni miserabilium personarum, in quo si negligentes fuerũt ordinariis iniungitur, ut ipsi si non sunt exẽpta autoritate ppria, si uero exẽpta sũt autoritate apostolica cõpellãt ad pdicta faciẽda p cẽsurã ecclesiasticã; cõpescẽdo tã eosdẽ q̃ quoscũque cõtradictores cũ dãtibus auxiliũ cõsiliũ, uel fauorẽ, nõ obstantibus quibuscũque priuilegiis, quo ad hoc. d. cle. quia contingit §. nos in curiam.

HOSTIARIUS quomodo debet esse clericus. Vide supra. Clericus. 3.

Hostiarius

a Humilitas] De humilitate uide. S. Tho. secunda secundę. quæstio. 151.

b Iactātia] Est uitiū quo quis se extollit super illud quod est uel q̄ homines opinātur de eo. uide S. Tho. 2. 2. q. 112. cum sequen.

c Ca. imitare] Et uide Archi. floren. secunda parte ti. 4. ca. 4. in prin. & idem dicit quòd hic.

d De ueniali] Sicut si quis laudaret aliquem uel seipsum de mendatio ioco so, uel officioso &c.

HOSTIARIVS dicitur idem quod ianitor. Nam ueteri testamento primi paralippo. 5. Hostiarii electi sunt ad custodiā tēpli ut nō ingrederetur in illud immundus spūs in omni re, unde hostiarii dicti sunt eo q̄ præsint hostiis templi. ipsi tenentes claues omnia intus extraque custodiunt atque inter bonos & malos habentes iudiciū fideles recipiunt, & infideles abiiciunt. 21. dis. claros in fin. & 25. di. per lectis circa prin. uer. ad hostiarium.

HOSTI seruanda est fides promissa. 23. q. 1. noli. & 22. q. 4. Innocens, ubi ponitur exemplū de gabaonitis. Quod limita, ut infra. Iuramentum §. 17.

HVMILITAS [a] uera requirit tria. Primum suiipsius nihilatione, hoc est quod reputet se omnibus uiliorem. Et licet cognoscat se habere aliqua dona dei quæ alii non habent tanto magis debet in uilescere, cogitans q̄ si deus talia aliis dedisset, gratiores deo essent quam ipse. Et sic cum ueritate potest se extimare uiliorem omnibus & magis ingratum, & hoc est quod uoluit dicere Beda in omel. sabbati tertiæ dominicæ quadragesimæ. Cum alium inquit peccantem conspicimus mox animum deorsum inclinemus & quam abiecti ex nostra fragilitate sumus, si nos diuina pietas nō sustentet humiliter inspiciamus. Hæc ille. & Ioan. 13. cū feceritis hoc omnia dicite quia serui inutiles est is. Idem lu. 17. q. 5. ex considerationé humili obligationis quam habemus; quia cum augentur dona rationes etiam crescunt donorum secundum Greg. Secundum promptam aliorum obtemperationem, unde de renun. c. nisi cum pridem, post prin. tunc ueram humilitatem ostendis, cum per eam locum sublimē effugies, & tantum per obedientiam nō dimittes nam uera humilitas facit, ut quisque magis aliis de se credat quam sibiipsi, quia dicit Gre. si se meliorem aliis non crederet, nequaque aliorum consilia suæ deliberationi postponeret. Et hoc uerum, in omni dubio quod potius debet aliis credere, quam suæ opinioni, secus in aliis. Tertium quod requirit humilitas est, ut dona dei quæ in se habet ascōdat, & se solum uilem ab extra demonstret, nisi inquantum honor dei & bonū proximi aliud requirit, nam non esset humilitas quando pro salute proximi & ad edificationem animarum posset ostēdere & prędicare dona dei quæ habet, si ea occultaret, quia dicitur Matthe. 5. luceat lux uestra &c. Non tamen debet magis uiscere in apparētia quam importet conditio sua, & qualitas respectu eorum cū quibus uiuit, quia sic potius esset superstitio quam humilitas. 41. di. c. quisquis rebus in prin.

IACTANTIA [b] proprie importat quod homo uerbis se extollat secundū Tho. 2. 2. q. 112. ar. 1. Et patet ex c. imitare. [c] 6. q. 1. Et procedit secundum Grego. in li. 23. moralium. Aliquando ex superbia sicut a causa interius motiua, quia ex hoc q̄ quis per arrogantiam interius maiora quedā de se iactat, & propterea ponit a Gre. ibidē tertia spēs superbię, licet non sit idem quod superbia, sed est tanquā a causa impellente. Aliquando uero procedit ab inani gloria sicut a causa finali inquantum, scilicet iactator intendit q̄ per suam iactantiam gloriam consequetur. Et ideo ponitur etiam a Greg. filia inanis gloriæ ratione finis, ut no. Alexan. de alis. 2. 3. titulo eodem.

1 Vtrum Iactantia sit peccatum mortale. R. ut colligo ex Alexan. et Tho. ubi supra quod sic quadrupliciter. Primi duo modi sunt inquantum consideratur ex se. Secundi duo inquantum consideratur ex causa uel fine. Primo est mortale peccatum quādo iactator profert quod est contra gloriam Dei, sicut ille de qui Ezech. 28. Eleuatū est cortuum & dixisti. Deus ego sum tales sunt qui iactant se suis meritis habere aliqua dona dei, uel a se habere uel illi qui de peccatis mortalibus quæ fecerunt, uel non iactant se, ut strenuit uideantur, uel etiā laudāt alios & iactāt de peccatis mortalibus quæ fecerunt, ut no. glo. in c. Sunt plurimi. 6. q. 1. Secus esset de ueniali, [d] quia non est contra deum. Secundo est peccatum mortale

a Sicut cũ quis] De is uide in sũma. Archie. flo. ti. 4. & c. 4. ubi pulchre.

b Et disciplinis] Vel abstinentiis ab aliquo delectabili. Aliud dicitur ieiunium scilicet moderata refectio de quo de conse. disti. 5. sint tibi. & c. nõ dico. Et hoc quilibet dic implendum est, & tangit Ricar. in 4. disti. 15. arg. 3. q. 6.

c Tibi & potus] Istud ieiuniũ a domino fuit institutum in paradiso, ut patet Gen. secũdo et postea sãctificauit illud 40. diebus & 40. noctibus, & dicitur ieiuniũ a quodã intestino sic uocato, quia ut plurimũ est uacuũ, & exinanitum.

d Est abstinendum] Quod gl. in cap. sint tibi. de consecra. di stin. 5. damnat, dicens per illũ text. quotidie esurrire & quotidie prandere, unde inquit nõ debet per totũ diẽ abstinere, nisi forte quod faciunt sarraceni.

mortale quando iactantia est contra charitatem proximi, sicut cum quis iactando se prorumpit in contumeliã proximi, sicut phariseus Lu. 18. non sum sicut ceteri uelut & hic publicanus, alias autem iactare se de eo quod non est contra gloriam dei uel charitatem proximi, ex se est ueniale. Tertio est mortale peccatum quando procedit ex tali superbia uel uanagloria, quæ sit mortale peccatũ. Si uero nõ erit mortale peccatũ talis supbia uel uanagloria, sic nec iactantia ex eis procedens. Quomodo autem superbia uel uanagloria sit mortale. Vide superbia & uanagloria. Quarto est mortale quando procedit per appetitũ lucri in dãnum proximi notabile, sicut cum quis se iactat magnum medicum, aduocatum peritum, multas sanctitates facere, sicut ceratani & huiusmodi, qui false in nocumentum proximi se iactant, secus si non esset in nocumentũ proximi, quia esset ueniale peccatum. Intellige etiam si sit nocumentum alicuius importantiæ, quia id quod minimum est ratio apprehendit quasi nihil. 2. ph. nisi intenderet etiam nocere in multo, si posset.

2 Vtrum iactantia possit esse in factis sicut in dictis. ℞. proprie non, sed equiualenter sic, sicut cum quis [a] in uestibus, in equis in domibus in conuiuiis, in familia, in pulchritudine & huiusmodi, ut appareat diues de magna domo & nobili prosapia & huiusmodi & sic erit mortale peccatum, sicut iactantia in dictis si prædicta quæ facit sint contra gloriam dei & charitatem proximi, uel ex superbia & uanagloria mortali, uel in deceptione proximi.

ICONOMVS dicitur cui res ecclesiastica gubernanda mãdatur, ut 89. di. quia in quibusdam facit. l. iubemus. C. de sac. san. ec. & idem est iconomus quod sindicus, & debet esse clericus non laycus, ut patet in d. c. & c. iudicatum ibidem, & in c. quoniam in quibusdam. 16. q. 7. de quo dic, ut infra laycus. § 1. Sed aduerte quòd est differentia inter actorem, procuratorem & sindicum, seu iconomum secundum glo. in c. si qui. erga episcopum. 2. q. 7. quia actor constituitur a non domino & autoritate iudicis, & ad præsentes lites tñ, procurator uero semper a uero dño constituitur, siue ad unam litem siue plures, siue pñtes siue futuras. Sindicus aũt siue iconomus ab uniuersitate constituitur seu a collegio & ad unã causam & plures & pñtes & futuras, & autoritate epi, de iura calum. c. imperatorum in fin. canon tñ omnes administratores ecclesiæ uocat procuratores. 1. q. 3. saluator. uide gl. ibidem in uer. in subiecto. & in d. c. imperatorum cũ suis allegationibus tenet tñ Pau. in d. c. imperatorũ quòd si ad unã certam cãm solum constituatur, quia est res modici præiudicii ꝙ potest fieri sine autoritate superioris, alias non.

IDVLIA est quædã reuerentia siue adoratio. de qua s. adoratio per totum.

IEIVNIVM ẽm S. Bo. in 4. dist. 15. parte 2. ar. 1. q. 4. dicitur communissime ꝓ abstinentia ab oĩ mortali. Isa. 58. nonne hoc est ieiunium quod elegi dissolue colligationes collitui. Et de conse. dist. 5. ieiunium illud magnum, & generale &c. Dicitur ẽt cõiter oĩs afflictio quæ consistit in uigiliis flagellis & disciplinis, [b] ꝓprie aũt dicitur ieiuniũ afflictio carnis per subtractionẽ cibi & potus [c] facta ẽm institutionem ecclesiæ. Et sic diffinitur ieiunium ẽm Gof. est subtractio prandii, & post cœnam cuiuslibet cibi priuatio usque in diem sequentem, & abstinẽtia a carnibus & trahentibus sementinã originem ab ipsis ut a lacte, caseo, & ouis, elicitur hæc diffinitio. 4. di. c. denique, & ponit a Pa. in rubr. de obseruantia ieiuniorum pro cuius declaratione quæruntur dubia infrascripta.

1 Vtrum sit aliqua hora determinata in qua in diebus ieiuniorum sit comedẽdum, uidetur ꝙ sit cena ibi post cenam ergo usque ad cenam est abstinendum [d] sed breuiter notandum est quòd in iure nulla hora

ra est determinata pro commestione in die ieiunii, nisi solum hora uesperorũ tempore quadragesimali ut in c. solent de consec.dist.1. quæ ideo deputata est, ut sicut celebratis uesperis non restat aliud officium diurnum, sic fictione iuris uideamur. 40. dies ieiunare, de quo per Archi.in d.c. solent & per Pan. in rubrica de obser. ieiun. Et ideo seruãda est consuetudo circa horã comestionis, quæ cõiter est in hora none uel circa ẽm Archi.in d.c.solẽt.

68 Qua pœna puniuntur uiolantes ecclesiasticam immunitatem. Respon. quod diuersa secundum quod diuersimode uiolatur, nam si qui uiolant quo ad primum, puniūtur nullitate sententiæ ut dixi supra. Si contra secundum est solum mortale peccatum. Si contra tertium, nec mortale peccatum est propter contrariam consuetudinem. Si contra quartum ultra mortale non adiuuantur ab ecclesia. Si contra quintum uidetur mortale. Si contra sextum peccant mortaliter & alia pœna de qua dixi. Si contra septimū compelluntur, si contra octauum credo teneantur ad restitutionem de damno dato ultra mortale quod committunt, idem dic si contra.9.10.12. & 13.& puniuntur pœna, ut ibi dixi. Si contra. 14. idem dic. similiter si contra. 15. dicit Alberi.in auth.cassa.C.de sac.san.eccle. quod facientes statuta contra libertatem ecclesiasticam puniuntur pœna priuationis iurisdictionis & mille marcarum, rectores statutarii, scriptores iudicantes secundum talia statuta sunt ipso iure infames, & eorum sententiæ nullę & alii actus legitimi nihil ualent, ut patet in corpore, unde hæc auth. sumitur in originali, quod multi habent post librum feudorum, & est constitutio Federici iunioris, & etiam sunt excommunicati, ut supra. Excōmunicatio. 7.Casu.5. Si contra. 16. ubi dixi, si contra. 17. 18.& 19. peccant mortaliter. Similiter si contra.20.21.22.si contra.23. ultra mortale tenentur ad restitutionem, si contra. 24. 25. & 26. patet ibi. Si contra. 27. male faciunt si committunt, si contra. 28. est nullitas alienationis & peccant mortaliter. Similiter si contra. 29. mortale peccatum est.

IMPEDIMENTVM. Vide infra. Matrimonium.3.

IMPERIVM merum est habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod & potestas appellatur. Mixtum uero imperium in danda possessione consistit, ut in l. imperium.ff.de iurisdi.om.iudi. & uide ibi glo. Et Bar.ibi late declarat.

IMPOSSIBILE dicitur aliquando illud quod non commode possum facere, & sic sumitur in capit. chatanensis ecclesiæ, alias Chatinensis, & uide ibi glos. 61. distinctio. ff. de uerbo. significa. l. nepos proculo, impossibile dicitur quod non est honestum, ut de conditio.institu.l.filius. Impossibile dicitur quod non iuste potest fieri. 24. quæstio. secunda, sane.c.l primo & est in argum. quòd illud possumus quod de iure possumus.

IMPVBES dicitur masculus donec compleuerit. 14. annum, fœmina autem. 12. quia in ista ætate hoîes incipiūt pubescere.

[a] Conuerti] Et facit tex. in l. quæ religiosis. ff.de rei uēd. & c.mācipia.de rerum permu.

[b] Iure minoris] Quia sicut minor pro lesione habet resti.in integrū usque ad 4. annos, post 25. annum sic & ecclesia.

[c] Attributa] Pro hoc facit quia ecclesia habet iperiū in spiritualibus quæ sunt digniora temporalibus, quare a maioritate rationis debent extēdi ad ecclesiam, quia ecclesia habet principatum.c. non minus. de immu. ec. uide bonum text. in c.1.&.2.22.dist. facit etiā quia sicut presbyter utit priuilegio militis, quia est miles dei gl. in l.miles.ff. de re iud.& no.Pa.in c.1.de cle.egro. Ita ecclesia quę habet imperiū in spiritualibus & etiā in tēporalibus, saltem habitu, ut in c. nouit. de iudi. debet uti iure imperii.

l.fi.C.quando tutor uel cura. & insti.qui.mo.fi. tu. in prin. & hoc uerum quo ad tutelã, sed quo ad matrimoniũ cõn trahendũ tandiu est impubes masculus uel fœmina quam diu nõ est potẽs ad generandũ,ut in.c.puberes.de despõ. impub.in tex. & in glo.

1 Impubes uel furiosus capitalẽ fraudẽ. [a] i.penã propter quã capite puniendus est cõmuniter nõ potest. ff. de edi. edic.l.cum autem.§. 1.facit. C.de fal.mo.l. 1. in fi.

2 Impuberes torqueri nõ debent [b] terreri tamẽ solent & habent uel ferula cedi.ff. ad senatus consul.silanianum.l. 1.§.impubere autem.

INCANTATIO uide sortilegium.Superstitio. & supra diuinatio.

INCARCERATIO uide supra carcer.

INCENDIARIVS quis dicatur proprie.R.Host. ti.de incẽdiariis.§.1.in prin. & Goff.ꝙ ille qui ciuitatem uel castrum,domum, segetẽ & similia aliena incendit malo studio, ut odio uel uindicta,uel animo iniuriandi, ut in c.pessimã.23.q.8.12.q.2. c.cum deuotissimã, de iniur. si quis domum,secus si incenderet ex negligentia, uel casu, uel iusto bello, quia talis non proprie dicitur incẽdiarius.Itẽ incendiarius proprie dicitur qui malo studio ignẽ fecit apponi aut cõsilium dederit,aut auxilium scienter, ut in d.c.pessimam.

1 Vtrũ tales incendiarii proprie sint excommunicati ipso iure R. ut.s̃. Excõmunicatio.5.Casu.5.

2 Qua pœna puniuntur. [c] incẽdiarii.R.ꝙ de iure ciuili dicit tex.in l.qui edes.ff. de incendi,qui edes, aceruum ue frumenti iuxta domum positum cõb usserit conuictus uerberatus igni necari iubetur, si modo sciens prudensque id commiserit, si uero casu. i. negligentia,aut noxam sarcire iubetur aut si minus idoneus sit leuius castigatur hæc ibi. Ex quo patet illud qui nõ potest soluere in ere luat in corpore.ff. de iurisdictione omnium iudicum.l. si quid id §. in seruos,& ff.de in ius uocan. l.fin.& ff.de pœnis.l. 1.in fine.Quo uero ad ius canonicum, ultra mortale (si scienter, & uoluntarie fecit,uel ex lata culpa) tenetur restitutionem totius damni dati. c. si egressus cum cap. sequenti, de iniuriis, & ibi communiter doc. Facit.l.si fortuitu.ff.de incendi. Si uero fuit in leui uel leuissima culpa,sic similiter tenetur ad restitutionẽ, si modo tenebatur [d] de leui uel leuissima culpa,non credo tñ peccauerit mortaliter.Si autẽ nihil omisit.de contingentibus,non tenetur. Quando autẽ qs teneatur de leui uel leuissima culpa habes supra.Culpa.§.4. & 5. & aduerte quòd tales incendiarii culpabiles non solum tenentur de damno incendii sed etiam de rebus perditis pro incendio.ar.c.fina. de iniur.

3 Vtrum rapiens res illorum qui patiuntur incendium teneatur ad restitutionem. R. ꝙ sic c.si quis domum, de iniur. nisi haberẽtur pro derelictis.puta quia ignis tantum inualuit quòd nullus sine periculo uitæ põt eis succurrere, & dominus dimittebat eos pro derelictis, tunc si quis eas caperet non teneretur restituere de necessitate, ar.l.si qs merces.ff.pro derelicto.

4 Vtrum destruens domum uicini timore incendii ne sua comburatur, teneatur ad restitutionem. [e] R.Dir. titu. de incendiariis ꝙ non,si erat iustus metus.puta quia iam ignis peruenerat ad domum uicini, uel probabiliter dubitatur, quia tempus erat uẽtosum & huiusmodi.l.3.§.quod ait pretor.ff.de incen. rui.& nau.unde dicit tex. in l si alius fecerit §.est & alia exceptio.ff. quòd ui aut clã. nullam iniuriam aut damnũ dare uidetur eque perituris edibus,facit.l. si quis fumo.§. quod dicitur. ff.ad l. aqui. si autem non fuit iustus metus, tunc tenetur ad simplum damnum secundum Hostien.titu.de incendiariis.§.contra quam.uer. sed & ex hoc. Addit tamen idem Hostien.in d.uer.cum 4. sequen. quòd si a uicinitate domus alicuius est dirupta iusto metu incendii, quòd index ex officio & summa

a Fraudẽ]Fraus dicitur ipsa noxa propter quã quis capitalem pęnam meretur l.illud ẽ fraus. ff.de uerb.signi.

b Non debent] Et intellige nisi sint doli capaces.

c Puniuntur] Tu uide Saly. in l.data opera. C. qui accusa. non pos.Innoc. in capitu. sicut dignum de homici. Panor. in capit.si gressus, de iniur.Et elle gãtissime p Barto.ĩ l.1. de offi. præfe. uigilum.

d Si modo tenebatur]Pone exẽplũ posui ignẽ in agro meo ad stipulas comburendas, & non erat uentus tñ si peruenit uẽtus & ui exportauit ignẽ ad segetes alienas in nulla culpa fuit secus si quãdo apposuit fuisset uentus. Adde aliud de musipula quæ portat ignem.

e Teneatur ad restitutionem]Alberic. in 2. par. statu.quæst.24. ponit casum si cõmunitas habeat statutũ ꝙ interueniẽte incendio ut hic dicitur, ipsa communitas teneatur ad deuastationẽ illius domus. Angel. in consil. 195. ponit. & concludunt ut hic dicitur.

a Quod uicini] Bar. tenet contra quia hoc uidetur esse cõtra text. in d. §. est & alia exceptio. ubi Barto. dicit hoc. Sed Bar. in d. §. equissimũ est dubius. Gui. ibi tenet opin. Host. & addit si miles uadit ad bellum pro defensione patriç, & equius interficitur ꝙ ciuitas tenet emẽdare damnũ q̃d uerum est si gratis pugnabat, aliter secus. Et licet. d. § equissimum loquatur in naufragio ꝙ est magis connexum quàm incẽdiũ, tu dic ꝙ in hoc casu ignis præsupponitur cõnexus propter uicinitatem domorũ, unde intermedia domus de necessitate destruenda. Et [illegible] consilium Saly. inci. In christi saluatoris nostri nomine. Ad q. propositã Q[illegible] decidit [illegible] dubia. [illegible] scilicet quando [illegible] tenetur [illegible] debeat detrahi portio, quæ tãgit illum cuius domus cõbusta est. Et ꝙ sic est glo. fi. in l. 1. ff. ad l. ro. de iac. Et uide d. c in l. al. omnibus. §. si [illegible] de l. 1. Vbi Ba [illegible] [illegible] quæstiones. [illegible] teneatur contribuere. An autem tota uicinia teneatur, an uero contigui

summa equitate debet facere, quòd uicini [a] ei satisfaciant quilibet pro parte sua. ar. l. 1. §. equissimum. ff. ad l. ro. de iact. & l. interdum. ff. qui po. in pigno. ha.

INCERTORVM restitutio. Vide infra. Restitutio. 2. §. 11. & seq.

INCESTVS est consanguinearum uel affinium abusus, unde incestuosi dicuntur qui consanguineis uel affinibus abutuntur. 36. q. 1. § cũ ergo. uersicu. incestus, & est sub. c. 2.

1 Vtrũ incestus sit grauius adulterio. Respon. quòd sic. 32. quæst. 7. c. quemadmodũ. §. sunt enim, & c. seq. uincitur tamen a peccato contra naturam, ut in d. c. quod incipit adulterii malum, & in d. §. sunt enim.

2 Vtrum accedẽs admonialem committat incestum. Respon. quòd sic. 27. quæstio. 1. uirginibus. quia sponsa dei est qui est pater noster. 12. q. 2. qui abstulerit, nec solũ incestum, sed & adulterium, quia sponsam alterius corrumpit. & etiã sacrilegium, ut in d. c. uirginibus, sed tamen non sunt tria peccata, sed unum solum secundum Hug. licet sortiatur diuersa nomina. [b]

3 Vtrum incestuosus posit contrahere matrimonium. Respon. Panor. in c. 1. de eo qui cogno. consang. uxoris suę quòd non, sed nec etiam exigere potest debitũ a propria uxore, quam prius habuit antequam incestum cõmisit. 27. q. 2. qui dormierit. nisi dispensetur cũ eo, & si exigit peccat mortaliter, secũdũ Vinc. quia facit contra pręceptum canonis. ar. c. 2. de ma io. & obe. sed tu tene. ut. J Matrimoniũ. 3. Impedimento. 19. in principio.

4 Sed quid si contrahit de facto. R. Pan. in c. transmisse, de eo qui cogno. consang. uxo. sue. 2. no. quòd tenet matrimonium, & reddere tenetur debitum, exigere autem nõ poterit sine peccato mortali, nisi dispensetur cum eo. Pa. tamen in c. literis, de præsump. uidetur uelle quod ista pœna scilicet, quod non possit contrahere uel exigere incestuosus, solum locum habeat quando constẽt de incestu qualitercunque ar. d. c. literis, & 27. q. 1. Si quis sponsam, & placet mihi.

5 Quis poterit dispẽsare ut talis contrahat, uel post contractum exigat. R. Pan. in d. c. 1. ꝙ si incestus est uero cõmissus, utputa, quia cognouit consanguineã uxoris suæ cũ qua iã consummauit matrimoniũ, uel cũ consanguineis propriis, quod est uere incestus, ut i d. §. cũ ergo, tũc eps nõ poterit dispẽsare, nisi ex causa, puta ratione iuuentutis & hmõi, quo casu bene poterit. c. si duo. 35. q. 6. Idem tenet & dicit cõiter tenere doc. in c. transmisse, de eo q cog. consan. ut ẽt exigere possit. Si uero incestus nõ est uere cõmissus, utputa quia cognouit consanguineã sponse nondum cognite, sic eps poterit dispẽsare etiã sine cã, ut contrahat, non tamen cum sponsa illa de futuro si commixtus est in uase, & ibi consummauit cum eius consanguinea, sed cum alia quæ sibi non sit affinis poterit etiam sine dispẽsatione, ut est gl. in uer. licit. in c. quidã. 27. cum tex. Quidã pdicta intelligũt de eo solũ q cõmisit incestũ cum cõsanguinea uxoris suæ

tantum. Vide in dicto consil. Saly. Et uide etiã Specu. titulo de actore. §. 1. 27. col. uer. 14. Adde etiã Bald. cõsilio. 120. lib. 5. Et Franciscus de rampo. consilio. incipiẽ. In themate præmisso. Vbi uult quod cũ olim in domo fabri fuisset incensus ignis, & uicini propter ignem destruxerut domũ gaii, quod Gaius potest recuperare dãnum ab eo qui immisit ignem.

b Diuersa nomina] Potest dici ꝙ est unus actus, & triplex reatus. Adde Abb. in c. transmisse. de eo qui cogn. cõsã. uxo. suę. Vbi no. ex illo tex. ꝙ quãdoque ex eodẽ facto oriuntur due species delicti punibiles ambe. Nam ibi ex copula cum priuigna cõmisit incestum, & adulteriũ tum quia cognouit affinem, tũ quia erat coniugatus, & de quolibet accusari & puniri poterat. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter. Plene per Bart. in l. senatus. ff. de accusa. Et per Ioan An. in ad di. Spec. de homi. post prin. Idem no. Abb. in c. literis. de presump. quinto not.

Non

sed de alio incestuoso nõ habẽt locum ita ꝙ põt & cõtrahere sine dispẽsatione & exigere debitum post cõtractũ, sed contra uidetur tex. c. si duo uiri. 35. q. 6. & qõ. 3. c. de incestis, ubi tex. clarus, & c. nec eam, & 32. q. 7. si quis uiduã. Et ideo dic ꝙ generaliter omnis incẽstuosus prohibetur cõtrahere. Nec obstat ꝙ titulus de eo qui cog. consan. uxo. suæ, solum loquitur de incestu cum cõsanguinea uxoris, quia unum ius supplet per reliquũ, & de hac materia, uide Matrimonium. 3. Impedimento. 9. in princ.

INCONSIDERATIO est qñ inter diuersa quæ occurrũt non bene iudicatur, [a] & determinaẽ q̃d est facien. & ideo inconsideratio est ex defectu circa actũ iudicii, sicut consideratio pertinet ad iudiciũ rectũ. Quod quidẽ rectũ iudiciũ in hoc cõsistit qñ uis cognoscitiua apprehẽdit rẽ aliquã, ẽm ꝙ in se est, qđ prouenit ex recta dispositione uirtutis apprehensiue, sicut patet in speculo, quod si sit bene dispositum apparent imagines recte. Si uero sit male dispositum, apparẽt torte uel obscure. Quod aũt uirtus cognoscitiua sit bene dispositiua ad recipiẽdum res prout sunt, contingit radicaliter ex natura consumatiue, ex exercitio & munere gratiæ, & directe quidẽ ex uirtute cognoscitiua, ex eo ꝙ non est imbuta prauis opinionibus sed ueris & rectis, indirecte uero ex bona dispositione uirtutis appetitiue, ex qua seqtur ꝙ bñ iudicat de appetibilibus. defectus aũt recti iudicii ad uitiũ inconsiderationis pertinet, ex eo ꝙ cõtemnit uel negligit attendere ea ex quibus rectũ iudiciũ procedit, & sic in circunspectus est ad nõ intuendã circũstantias negotii, loci, tpis, personæ, & hmõi, & pericula q̃ possunt contingere. Et quia hoc maxime facit luxuria, propterea ponitur filia eius.

INCONSTANTIA similiter est filia luxuriæ, q̃ est qñ qs non stat constãs in bono proposito, sed sine cã rationabili ex aliqua passione, præcipue ex amore cõcubine facit cõtrariũ illius quod deliberauerat, ideo sicut præcipitatio ẽ ex defectu circa actũ consilii, & inconsideratio circa actũ iudicii, ita incõstãtia circa actũ p̃cepti deficit, qa deficit in præcipiẽdo q̃ sunt consiliata & iudicata, & licet ira & inuidia quæ impediunt ratiõẽ ad aliud causent inconstantiam, tamen luxuria eam extinguit Hæc ex S. Tho. 2. 2. quæst. 54. arti. 5.

INDICIVM [b] quid est. Respon. Bald. in l. ea quidem. C. de accusa. indicium plenum est diuinatio rei per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquã uero quiescit, & plus inuestigare non curat, ut C. de rei uendica. l. 1. indicia. Semiplenum uero iudicium est præsumptio fortiter mouẽs animum ad aliquod credendum, uel dicendum de quo in l. cum probatio. ff. de probatio. in glo. 1.

1 Qualiter probatur indiciũ. Respon. quod ad minus per duos testes, ut est glo. singularis, & ibi doc. [c] in l. fina. C. fami. hercis. & Barto. in l. fina. ff. de quæstio. & ut præiudicent reo oportet citetur & iurẽt testes. alias non præiudicat, ut not. in l. si quis. ff. de adulter.

2 Vtrum unum iudicium sufficiat. Respon. quòd & regulariter non, sed oportet sint plura. ut notat glo. [d] & Barto. in l. 1. §. ociferenti ff. ad silleia. & Bald. in l. congruit. ff. de officio præsi. teneret tamen processus si nõ opponeretur, quamuis plura non processissent indicia, sed tamen damnari non posset etiam si in tormentis est confessus, & post ratificauit, ut est textus cum glo. [e] & ibi Barto. in l. penult. de quæst. secus si sponte & sine tortura

a Non bene iudicatur] Vide S. Th. 2. 2. q. 53. ar. 4. ubi dicit ꝙ inconsideratio importat actũ intellectus ueritatẽ intuentis. Sicut aũt inquisitio ptinet ad rationẽ, ita iudiciũ pertinet ad intellectum. Vnde & in speculatiuis demõstratiua sciẽtia dicitur iudicatiua inquantum per resolutionẽ ĩ prima principia intelligibilia de ueritate inquisitorũ diiudicatur, & ideo inconsideratio pertinet maxime ad iudicium.

b Indicium] indicium dicitur, quia rem indicat secũdũ glo. in d. l. indicia.

c Et ibi doct. Bar. ibi reddit cã multũ not. & dicit ꝙ nunquã de mẽte debet exire, & dicit perpetuo esse mẽti tenẽdũ, ꝙ illud qđ dicitur unũ testẽ facere semiplenã probationẽ, ut in l. in bonefidei. ff. de iureiurand. & l. a diuo pio. ff. de re iudica est uerum quando unus testis deponit recte super uno maleficio, sed si deponeret super aliquo indicio ad maleficium, tũc illud indicium debet probare per duos testes ut ibi. Et idẽ dicit Bar. in d. l. final. uide in §. sequen. uer. quęro qualiter.

d Vt not. glo.] In uer. locus. in §. item. illud. Et dicit quem non posse torqueri, nisi præcedant indicia. Et Bar. in d. l. si uersic. quęro uerũ. Vbi dicit q̃d leges semper loquuntur ĩ plurali, & ibi multa allegat & cõcludit tamen, ut ĩ illo. §. dicitur.

e Vt est tex. cũ gl.] secundum unam lecturam quæ est notabilis secundum Bar. ibi.

tura est confessus secundum Petrum de Anch. in clem. 1. de homi. sufficeret tamen ali quando unum indicium, puta unus testis integer & bonę famæ, qui testificatur q uidit cōmittere tale maleficium, tunc potest poni ad torturā ad inquirendum, no. gloss. in uer. conuictus, & docto. in l. si quis. C. ad legem iul. maie. & Barto. in l. 1. §. 2. [a] & l. maritus. ff. de quæstio. Item con fessio extra iudicialis rei si est homo malæ uitæ & conditiōis sufficit, ut dicit Bar.[b] in l. fi. ff. de quæst. Item iuuenis inuenitur exire de domo pulchre mulieris, uel inuētus est cum ea in locis secretis & aptis ad fornicandum, ut no. in c. literis de præsum. ubi est bonus text. ad hoc & huiusmodi, & ita uidetur relinquē dum arbitrio iudicis quando unum sufficit.

3 Vtrum sufficiāt indicia si reo non detur copia [c] & aduocato suo. Respon. q non, ut l. custodias, & ibi gloss. & Barto. Ang. & Imo. ff. de pu. iu. limitat Ang. in l. si uacantia. C. de bo. uacan. nisi quando iudex procedit ex mero officio, & non ad quærelam, ut no. dominus Anto. in ca. qualiter & quando, el 2. de accusa. Vide Bal. consil. 275. 3. lib.

4 Vtrum fama sit sufficiens indicium. ℞. q non, ut tenet Barto. in l. 1. §. idē cornelio. ff. de qō. nisi iūgatur cū aliis indiciis, fama tamen cū uno teste in ciuilibus facit plenā probationē, ut in c. ueniens, el. 1. de testi. secus in criminalibus.

5 Vtrum particeps criminis interrogatus uel sponte dicendo faciat indicium cōtra socium. ℞. q non, ut Bartol. in l. 1. §. si seruus, &. ff. de qō. facit quod no. glo.[d] in l. si filium. C. de lib. cau. Similiter nec pater uel filius, aut alii cōmensales de quibus in l. pa rentes & liberi. C. de test. faciūt indicium, ut no. Bar.[e] in d. §. idē cornelio, & hæc procedunt qñ nulla alia indicia urgentia procedunt, & ideo socius de socio non est interrogandus. l. fi. C. de accu. Fallit in assassinis, ut no. glo. in l. non ideo minus. C. de accu. & in delictis in offensam generalitatis, ut not. Bar. in l. reperi.[f] ff. de quælt. sicut sunt latrones & huiusmodi.

INDIGNATIO est filia iræ quæ nō ualet uidere, uel audire eū cui irascitur, & cōiter est ueniale peccatū, nisi p accidens. s. ratione scādali, uel quia denegat loqui uel respondere in casu in quo tenetur de præcepto, de quo uide supra Diligere. §. 3.

INDVLGENTIA ꝭm Arch. & sequitur Ge. in c. indulgētie. de pe. & re lib. 6. qñq. dicit remissionem pene. 2. q. 3. in fi.[g] qñque concessionē gratiæ, ut lit. pen. c. fi. de priui. dudū, qñque dispēsationē 77 di. c. fi. in fi. de elec. dudū el 2. qñque ius cōmune. 33. qō. 2. interfectores, & 35. q. 2. de incestis, qñque accipitur pro uacare seu operam dare, unde dicitur, Indulgere gulę noli quæ uētris[h] amica est. Sed hic accipio indulgentiā pro indulgentiis quæ dantur in ecclesiis & huiusmodi, quę sic diffinitur. Indulgentia est quędam remissio pœnæ debitæ pro peccato post contritionem habitam de eo. hoc colligitur ut no. in c. quod autē, de pe. & remis.

1 Qualis est ista pęna q p indulgētias remittitur. ℞. gl. in d. c. quod autem. recitat quinque, & ego addā duas, & sic fuerūt 7. opi Prima tenet q solummodo remittitur illa pœna quam deus pro supplemento statuit imponendā in alia uita, illis qui solummodo fecerūt penitentiā ꝭm q canones imponūt, sed illam quam canones imponunt faciendam nullo modo remittit. Sed hęc opinio est falsa, tum quia contra tex. apertum in c. cum ex eo. de pe. & re. ubi dicitur q p indulgentias penitentialis satisfactio eneruatur, tū etiā qa præsupponit q canones penitētiales necessario sint exequēdi contra

a Et Bart. in l. 1. §. 2.] Dicit q sufficit dictum unius testis, si sit integer. Et i d. l. maritus, uer. 2. oppono Est uerum inquit in teste idoneo.

b Vt dicit Barto. in d. uersi.] Sed quæro. Et uide Alexand. consil. 5. primi lib. Et consi. 1. 3. lib. & Anca. consi. 23. uideretur pima facie.

c Copia] Copia idiciorum debet dari parti, sicut dicit Bart. in l. si. pe. q. & ulti. ff. de quæstio.

d Facit quod not. gl.] Dicit enim q si quis diceret ille fuit meus socius habetur p confessio, sed debet negare & dicere. Et si pur cōmisissem ipse non pōt accusare. Et uide Spec. & Io. An. ti. de teste. §. 1. uersic. quis si. Et uide glo. & Barto. in l. qui accusare. ff. de accusa.

e Vt no. Bar.] Ibi Bart. nihil dicit bene faceret quod ipsæ no. ea. l. §. si seruus. 1. Vbi no. q in eū in quē quis non cogitur dicere testimonium inuitus, non potest torqueri, q si torqueatur nō facit indicium.

f In l. reperi.] §. Is qui & ui de ibi bonā do ctrinan. Bart. Quomodo possunt interrogari de sociis. Et in l. fin. per gl. C. de accusa.

g Secunda, q. 3. ī fi.] Ista est l. fi. C. de genera. abol.

h Quę uētris] Hæc ad literā ponit Io. And. referentes Archid. in d. c. indulgentiæ, in nouella.

a Quo ad culpam] Intellige ministerialiter, quia principaliter solus deus de pe.dis. 1.c. uerbum.

b Et hæc est uera opi.] Dicit. S. Bon. in 4. di. 20. Et Alex. in 4. parte tractatu de indulgentiis, quod indulgentiæ quæ ab ecclesia dant ualent ad relaxationem pęnarũ quas quis pro culpis propriis portare meruisset etiam in foro Dei. Ita quod illud quod ecclesia donat pro donato habetur, & si partem donat aut partem acceptat deus Et probat hoc per gl. sup illud. 2. Corin. 2. Nam & ego quod donaui si quid pro uos donaui in persona Christi. gl. ac si Christus donasse. Sed Christus poterat relaxare absque omni satisfactione pcĩ pœnã, ergo similiter & Paulus. Et per consequens etiam Papa põt, cum nõ sit minoris potestati in ecclesia quam Paulus. Quod autem Xpsom nẽ pœnã potuerit relaxare, patet de Magdalena. Luce. 7. & de adultera. Ioã. 8. Et si dicas quod par in parẽ non habet imperiũ, & Christus absoluens a culpa ligat ad pœnã. Rñdet quod nõ simpliciter Papa absoluit a pœna gratis, sed dat deo de thesauro sanctę Mariæ matris ec

text. in ca. deus qui. eo. tit. quod uult quod pœnitentia hodiæ per arbitriũ discreti sacerdotis sit moderanda, & sic est arbitraria, facit ad hoc. c. mensuram de pe. dist. 1. Secunda tenet quod solum remittit pœnã taxatam a iure seu a canone pœnitentia, sed non eam quam diuina iustitia statuit imponẽdã. & hęc est falsa, tum quia præsupponit unum falsum contra euangelium, quod ecclesia non possit absoluere quo ad pœnã, cum etiam absoluat quo ad culpam[a] per uirtutẽ sacramenti, secundum Sco. in 4. dis. 14. ẽt quo ad deum cum dicatur. Math. 16. 24. q. 1. quodcũque ligaueris super terram &c. tum ẽt quia sic indulgentiæ essent nociue, quia absoluendo eos a pœna huius mundi trãsmitteret tales ad grauiora tormenta in purgatorio. Tertia opinio tenet quod remittunt pœnã debitã peccato & quo ad deum, & quo ad ecclesiã, sed concedens onerat se ad satisfaciendum pro illo cui dedit, & hæc similiter falsa, tũ quia aliquando sunt tam modica merita cõcedẽtis, quod nõ sufficiunt sibi, tũ ẽt quia nullus cõcedẽs ad hocse obligare intendit, & nemo obligatur nisi qui animũ obligandi habuit. l. obligationum. ff. de ac. & ob. Quarta opi. tenet quod remmittit solũ illa pęna debita peccato pro quo nõ satisfecit ex negligentia, siue quo ad ecclesiã, siue quo ad deũ, nõ aũt illa quam cõtẽpsit facere seu noluit, & hoc est falsa, tũ quia remunerare uult negligentia. contra l. nõ. ff. ex quibus ca. ma. nõ enim negligẽtibus subuenitur sed necessitate rerũ impeditus, hæc ibi, tum ẽt quia præsupponit quod quis possit cõtenere pœnitẽtiã, & esse capax indulgẽtiæ, cũ talis in peccato mortali sit quod falsum est. Quinta opi. tenet quod remittitur ẽt pœna inferni, alleg. tex. de pe. distin. 3. c. ulti. ubi patet quod bona facta in peccato mortali ualent ad tolerabilius iudicium subeundum. Sed hæc similiter est falsa, tum quia illud c. non intelligitur, quod talia bona minuant pœnã inferni debitam peccatis, sed quia malũ non cõmittendo & faciendo bonum non augeť, tum ẽt quia expresse tenet contra. c. tres sunt de pe. distin. 1. & de conse. dist. 4. omnis, ubi patet quod pœna eterna nullo modo potest remitti, nisi per contrictionẽ propriã, loquendo de eo quod peccauit actualiter scilicet de adulto. facit c. maiores, de baptismo in §. hic uero dicimus. Sexta opi. tenet quod per indulgẽtias remittitur pœna taxata a deo & ẽt a sacerdote imposita, si modo ipsæ sacerdos qui eam imposuit hoc sibi concesserit, ut eã per tales remissiones uel in partẽ uel in totũ possit redimere, & hæc similiter nõ uidetur uera, licet glo. in d. c. quod aũt, & multi canonistæ eã tenuerint, tũ quia uidetur actare potestatẽ superioris quasi non possit remittere pœnã impositam ab inferiori suo contra id quod legitur & not. in ca. quod super his. §. rursus de uoto, tum ẽt quia uidetur contra text. preallegati c. cũ ex eo in uerbo eneruatur. Sed prima opinio tenet quod præfate indulgentię ualent secundum Fran. de May. in tract. de potestate clauium primo quod quo ad augmentum, gratiæ, nam secundum Aug. charitas meretur augeri, sed per opera meritoria facta ab existẽte in gratia meretur augmentum gratiæ, ergo &c. quia nõ datur nisi facientibus opera de sui natura meritoria. Secundo quo ad augmentum gloriæ quia cum nullus possit lucrari indulgentiam nisi per fidem, & fides sit uirtus cui promittitur uisio dei ergo &c. Tertio ualent quo ad pœnam debitam in purgatorio, quia quando alicui aliquod debitum est remissum ab eo qui habet potestatem, per inde est ac si solutum esset, sed sicut ecclesia imponendo pęnitentiam remmittit pœnã purgatoriam, ergo remittendo per indulgentiã absoluit ab ea. Quarto ualent quo ad pœnam impositam a sacerdote secundum partem uel totum prout sonat, & hęc est uera opi.[b] quã sequuntur Gof. Ioan. An. Pa. in d. c. quod aũt, & cõmuniter alii Canonistæ & Theo. in 4. sen.

clesię, unde satisfacere peccator.

sen. distin. 20. ex quo patet q illle cui imposuit sacerdos pœnitentia. 7. annorum ieiunandorum accipiendo indulgentiã. 7. annorum, absolutus, est licet melius sit eam facere & hanc pro purgatorio reseruare ꝓ residuo, si imposita non fuisset condigna.

Quæritur q̃tum remittitur per indulgentiam de præfata pœna uel debita pœna in purgatorio, uel in hac uita pro peccatis cõmissis. R. q diuersa fuit opi. inter doc. canonistas & Theo. Nam quidam dicunt q ualét ẽm internam suscipientis deuotionẽ & non plus, & huius opinionis uidetur fuisse Ray. Sed hæc est falsa, quia sequeretur q sine exteriori operatione ualerent, quod est contra communiter Theo. in 4. dist. 20. ubi uolunt q nisi quis faciat illud pro quo datur indulgentia nullo modo ipsam consequat, quantuncunque habeat bonam uoluntatẽ, licet consequatur meritum bonæ uoluntatis. Secunda opi. tenet q ualeret ẽm deuotionis quantitatem, & dati seu laboris magnitudinem, unde licet dicatur qui porrexerit manus adiutrices tali ecclesiæ habeat de indulgentia. 40. dies, tamen si unus dat plus altero, uel de magis longinquo uenit ad uisitandum ecclesiam in qua est indulgentia. 7. annorum participabit magis, q̃ ille qui dat minus, uel uenit de prope. Sed hæc opi. implicat contradictionem, eo q non esset indulgentia, sed commutatio, aut oportet dicere q ecclesia prædicaret falsum, si non ambo haberent. 40. dies uel. 7. annos. Et ideo ẽ tertia opin. quæ tenet q tantum ualet quantũ ualeret ei pœnitentia tot dierum, uel tot annorum ab eo facta in hoc uita pro quot datur indulgentia, hoc est q tantum minus punietur in purgatorio, quantum si fecisset pœnitentiam per tot dies uel annos, quot sonat indulgentia, ex quo concludunt q sicut pœnitentia facta cum maiori feruore & austeritate per annum, plus ualet cæteris paribus q̃ facta cum minori, sic illi qui plus dat & plus laborat correspõdet annus efficatioris pœnitentiæ, q̃ alii, & ideo plus habebit de remissione, q̃uis ambo remissionem tot annorum habeant, & hęc opi non placet mihi, quia uidetur derogare uerbis indulgentiæ, cum dicatur q datur indulgentia tot annorum, & debeat intelligi de annis uere & optime pœnitentię fiende, quia uerba in potiori significato sunt intelligenda & latissime in beneficio principis, de uerbo. sig. ca. olim tibi. Quarta opi. tenet q quo ad remissionem extensionis pœnę, tantum ualét his qui de prope cum modica eleemosyna, sicut his qui de longe & cum multa eleemosyna, secũdum q continetur in forma, sed quo ad remissionem pœnæ intensiue & quo ad dispositionem sui ad recipiendum augmentum gratiæ sunt impares, quia quæ plus dat & magis laborat (cæteris paribus) plus habebit. hęc autem opi. nisi uelit dicere q dicit tertia opi. implicat contradictionem, nisi quo ad illam dispositionem augmenti gratię, quia illud est uerissimum, ratio q̃a si nõ debeo ferre nisi pœnitentiã 7. annorum si dimittatur mihi extensiue, similiter & intensiue remittetur. Quinta opi. est q tantũ ualent quantum sonant, & tantum multũ dãti q̃tum parum uel modicum laboranti, q̃tum multũ q̃a indulgentia est q̃dã liberalitas q non respicit merita sed largitatem concedentis, & hæc q̃uis sit magis communis opinio non mihi placet, cum uideatur irrationabilis, nec illud Mathe. 20. quo dicitur. An non licet mihi facere qđ uolo, an oculus tuus nequam est contra me, quia loquitur ille tex. de dato ex suo proprio non ex alieno. Sexta opinio. est q non plus remittunt de pœna nisi q̃tum meretur ille labor uel illa operatio, ẽt si talis indulgentia non esset, aliter uideretur ecclesia inducere Christianos ad dimittendum opera alia satisfactoria, & solum intendere huiusmodi indulgentiis, qđ esset absurdum dicere, & ideo dicunt q solum quo ad nomẽ dat indulgentiã, ut Christianos potius inducat ad talia facienda & adducunt dictum Inno. qui dicit q propter indulgentias generales non minus tenetur pœnitentiam agere homo in hac uita. Sed hæc opi. est falsissima, tum quia præsupponit ecclesiam prædicare falsum, & facere malũ sub specie boni, quod nullo modo licet, ẽt pro uita alterius saluãda. c. sup eo. de usur. tũ ẽt quia fundat se super falso intellectu ad Inno. quia est intelligendo Inn. de pœnitentia ꝓut est extinctiua inclinationis ad malum & ꝓseruatiua non prout delet pœnam pro peccato ꝓterito. Et ideo ẽ septima opi. q̃ puto uerissimam, uidelicet q indulgẽtia q̃tũ ad augmentum gratiæ & gloriæ tantũ, quantum est interna deuotio suscipientis non plus, q̃tum uero ad remissionem pęnæ de-

a Addit tamen Sanctus Bonauen.] Hæc sunt uerba Sācti Bonauē. Circa istā openionē possumus dicere ꝙ q̄titas indulgētiæ attenditur respectu pœnæ ſm ꝙ habet rationem p̄cii uel debiti soluēdi, non ratione antidoti uel purgationis scorie peccati quā necesse est ammoueri per secundam pœnam, ut puta per contritionē uel alicuius pęne perpessionem. Hæc autē quātitas mēsurat̄ secundū rectū iudicium summipōtificis uel eius qui indulgentias facit. Ille autē q dat indulgentias, cum ea tribuit, considerat causam pro q̄ reputat eum dignum tāta gratia, & secūdū qđ plus uel minus accedunt homines ad illam causam, plus uel minus habent de indulgentia. Vt uerbi gratia. Stationes Romę institute sunt ubi sunt indulgentiæ determinate a sanctis patribus pp peregrinos qui ueniebant de locis remotis, nec existimauerunt dignum esse tāta gratia, eū q est natus iuxta ecclesiam, sicut eum qui p nec longam uenit uiam. Vnde nec tantam recipit indulgentiā sed debite in purgatorio uel imposite a sacerdote in pœnitētia, dico ꝙ indulgentia tantum dimittit q̄tum sonat, dū modo ſm S. Bo. & S. Tho. l. 4. di. 20. homo faciat quod sibi inponitur, ſm ꝙ eum decet facere, unde si pauper dat unum denarium, ſm ꝙ ei cōuenit dare habebit indulgentiā quæ datur porrigentibus manus adiutrices, sicut diues qui dat unum ducatū, sed non econtrario, quia si diues uellet dare unum denarium non cēsebitur porrexisse manus adiutrices, & sic non habebit tantum de indulgētia, sicut nec rex diceretur auxilium dedisse alicui dādo obolum, sed ſm ꝙ conuenit regi datum. Similiter si propter honorandam ecclesiam datur indulgentia uisitantibus eque habebit eam qui de prope sicut qui de longe uenit, dūmodo uisitet sicut ei conuenit, scilicet non furtim nō sine societate magna, si ē dominus & huiusmodi, aliter non tantum habebit, & hæc opinio saluat ecclesiā, ut non prædicet falsa, quia uerā dat indulgentiam, ut sonat concludit rationabilitatem, ut intelligatur ꝙ id quod imponitur debet fieri ſm ꝙ conuenit facienti, & excludit dissipationem thesauri, dū præsupponit, rationabilē largitatem in dispensatore. Addit tñ Sanctus Bonauen.[a] ubi supra quòd licet homo non faciat qđ iniūgitur in indulgētia secundum quod eū decet, quòd ꝓpterea non debet dimittere quin faciat illud ſm quòd sibi placet, qa licet non habeat tm̄ de illa indulgētia tñ plus habebit de remissione pœnę pro tali facto, q̄ nō haberet ꝓ alio simili (cęteris paribus) facto, ubi non datur talis indulgētia. Inno. & Hosti. tñ tenent quòd dūmodo quis faciat qđ imponitur, eā habebit, sed magis placet opi. sancti Bo. nec per hoc sequit̄ ꝙ homo debeat dimittere alia opera meliora uel satisfactoria, & huiusmodi solū intēdere, qa licet iste plus dimittāt de pœna, alie tñ sunt magis meritorie præmii essentialis, qđ est melius & preseruatiue a reciduo & subiugatiue carnis dominio rationis. Aduerte hic quòd aliquādo dr̄ damus indulgentiam omnium peccatorum uel centum annorū de pœnitentia sibi iniuncta, qa tunc solū remittitur pœnitētia imposita a confessore, & ideo si moreretur non statim euolaret, qa non imponit̄ eque cōiter. Aliquando dicitur damus indulgentiam omnium peccatorum de quibus contriti & ore confessi sunt, & sic oblita non remittuntur uel ignorata. Aliquando simpliciter datur remissio omniū peccatorū, tunc si nullum peccatū post cōmiserit statim euolaret ad gloriam si moreretur. Intellige ēt quòd opi. sancti Bo prædicta non intelligit qñ indulgentia datur sic, damus indulgentiam cuicunque dicenti decem pater noster uel danti unum ducatum tali loco & huiusmodi, qa in talibus non requiritur condecentia personæ uel status, sed effectus operis impositi, sed intelligit sanctus Bonau. quādo imponitur aliquid generaliter, quia tunc intelligitur quòd illud debet implere secundum quòd facienti, conuenit. Nota etiam quòd isti anni uel dies indulgentiæ non sunt anni celi uel purgatorii, sed anni huius uitæ, quod est dicere quòd tantum dimittunt de pœna quantum sit per annū, uel per tot dies fecisset pœnitentiam.

3 Sed quæro utrum dies isti uel anni indulgentiæ sint utiles uel continui. R. Hosti.[b] in ca. cum ex eo. de pe. & re. & sequitur Pa. ibidem uer. sed quęro, quòd dies sint utiles, annus uero cōtinuus. Vult dicere ꝙ si sacerdos imposuit alicui ut ieiunet 40. dies, siue continue siue interpolate accipiendo indulgentiam. 40. dierum erit absolutus. Si uero debet agere pœnitentiam per annum qualiscunque sit illa pœnitentia, puta ieiunandi per annum qualibet septimana bis uel ter, quòd ista solummodo collitur aliquantum. i. Hæc ille.

b Respon. Hosti.] Vide Inno. in c. quod aūt, de pœni. & remi.

tollitur per indulgentiam an ni ita ꝙ indulgentia non di uiditur per dies, sed ualet respectu anni integri prout pœnitētie ē annalis. Sed ego hoc ultimum credo uerum, quando indulgetur annus de iniunctis pœnitentiis, prout aliquando dicitur, ut in d.c. cū ex eo. Secus aūt credo qñ simpliciter daī annus indulgentiæ, quia credo sit utilis, & sic dimittit de pęna debita peccato in foro aīę, siue sit imposita a sacerdote, siue a diuina iustitia 365. dierū, si est plenaria statim euolat, si in tali statu moritur nec purgatorium sentit ſm Hostien.

4 Quomodo intelligetur indulgentia. ℞. ꝙ certa doctrina nō pōt dari sed inspiciantur eius uerba, & sic ſm ꝙ sonant intellige. ar. de priuil. c. cum & plantare [a] sub intelliguntur tamen aliqua semper scilicet, quod dās habeat potestatē & suscipiens sit debito modo dispositus, de qbus infra dicetur, & tertio quod faciat quod in ipsis cōtinetur, ſm quod ei conuenit facere. Item aduerte quod quando datur indulgētia, sic puta primis uesperis usque ad secundas uel usque ad octo dies, sic solū semel habetur, etiā si intrat decies, secus si diceretur quod totiens quotiens quia uisitauerit, uel quādo est perpetua secundum. S. Thom. in 4. dist. 20. & Cal. qui allegat. c. 1. de filiis præsby. lib. 6. & c. non potest. ℞. 2. de præben. li. 6. & sequitur Ioan. And. [b] & Ge. in d.c. indulgentia. Mat. tamen (ut recitat Car. in cle. 1. de priui.) in uer. quibus. 3. q. tenet ꝙ etiam habebit totiēs quotiens uisitat, ēt qñ est tēporali, & sequitur ipse Card. & in cle 2. de pœ. & re. uersic. Ad hæc q. 2. & credo uerius.

5 Quis potest dare indulgentias. ℞. ꝙ solus Papa pōt dare [d] plenaria & in toto orbe, qa ipse solus est assumptus in plenitudine potestatis. d.c. cū ex eodē & 24. q. 1. quodcunque. Item legati dñi papę possunt de iure facere ꝑpetuas indulgentias in terminis suæ legationis sicut & perpetua statuta, de offi. lega. c. ult. in tex. & in glo. Itē Archiepiscopi in sua prouincia, & episcopi in sua dyocesi, dummodo nō accedat summa dierum. 40. siue sit pro anniuersario ecclesię, siue pro quacunque alia causa. in dedicatione uero basilice possunt concedere usque ad summam unius anni & nō plus, siue dedicet ab uno Episcopo aut Archiepiscopo, siue a pluribus, ut in d.c. cū ex eo. & c. nostro, eod. titu. hoc no. Card. in §. ad hæc 4. q. in d. cle. 2. quod si excedant hūc numerum non ualent, ut in c. indulgentia, de pœ. & reli. lib. 6. Quod intellige secundum glo. ibidem quo ad excessum [c] non quo ad numerum [d] concessum, alii autem prælati inferiores siue seculares siue regulares, ut Abbates & huiusmodi, non possunt facere aut dare indulgentias, ut no. glos. in d. cap. nostro, nisi ex speciali concessione aut priuilegio, uel alia causa legitima, puta pręscriptione & huiusmodi id ei competat, ut in capit. accedentibus de exces. prælat. Possunt tamen communicare bona sui collegii. Item sacerdotes oēs ī foro pñiæ pñt dare indulgentiā illis quos possunt absoluere, ita refert dñs [e] Car. in cle. religiosi de priuileg. Aluar. hoc tenentem argumento capit. Deus

a C. cum & plātare] In fine ibi. & tenorē priuilegiorū nostrorum.

b Et sequitur. Io. An.] Ibi recitat Archi. tenentem ꝙ quotiēs quis facit actū ꝓ quo daī īdulgētia totiēs habet seu cōsequitur eā, ideo quotiēs quis intrat ecclesiā totiens habet indulgentiā. De hoc supplementū eod. §. 5. Et Rose. eo. §. 12.

c Quo ad excessum.] Rō ē qa regulariter utile per inutile nō uiciatur. de reg. iu. utile. Eo maxime qa hic agitur de re separabili. s. de numero dierū. Vnde nō uiciatur utile per inutile. ff. de aqua quoti. & estiua l. 1. §. Trebatius. Item quia in liberalitatibus & donationibus dicimus ꝙ tenēt ꝑ parte, usque .s. ad legitimū modū. C. de donati. l. sancimus. 12. q. 2. c. si quos de seruis s. d hęc ē quedam liberalitas, ergo & c. nec obstat si dicatur qui abutitur priuilegio perdit illud. 11. qō. 3. c. priuilegiū, quia dī ibi qđ mereē ꝑdere. Vnde erit principis estimatio. Item no. ſm gl. in d. c. cū ex eo. ꝙ si quil.bet cōcedat annū, ꝓ ualet, licet agat cōtra mā latū, cū nō sit apposita clausula ꝙ si secus fecerit de

cernimus nō ualere. c. dilectus. 2. de prębe.

d Non quo ad numerū] Gemi. ibi allegat multa, & tenet contrariū. Rose eo. §. 4. tenet quod sic et placet.

e Ita refert] Dicit. San. Bona. in 4. distin. 20. Et Alexā. in. 4. par. trac. de indulgētiis. ꝙ solis episcopis competit indulgentias facere. Et hoc qa indulgētiæ fiūt de thesauro christi, quē acquirūt episcopi ex desponsatione sui cū Christo, q est uir eius, & sponsus, & cui generat filios & filias, idest perfectos & imperfectos, ad quorū educationē christus uult seruare hæc bona. Et quia ut in lege scriptum est ꝙ qui accipit uxorem fratris sui ut suscitet semē &c. deuthe. 25. & 8. q. 1. c. olim debet succedere in bonis eius il lis solis ci petit thesaurus dispēsandus qui sunt sponsi ecclesiæ, tales autē sunt episcopi qui spōsi sunt, & habēt uim generādi filios et filia idest ꝑfectos & imꝑfectos, ideo oēs eþi qui habent prolem possunt facere indulgentias, & precipue summus pontifex &c.

De

a De generalibus] Gem. tenet in c. indulgẽtie, pœni. & remi. ꝙ sacerdos simplex nõ possit. Allegat Hosti. Cal. i repe. c. nostro. eo. Sed tu dic ꝙ loquit̃ de illis generalibus, sed nos de remissiõe pęne.

b Quod limita] Et uide Car. in cle. 2. §. ad hæc, de penitẽ. & remissio quęst. 3. Qui allegat Hosti. in sum. eo. §. quis possit, & Archi. in d. c. indulgẽtię. Idem tenet Rose. eo. §. 28. & et est Additio.

c Sint presbyteri] Refert Cardi. hæc in cle. si donum. in fi. q. ulti. Sed tu uide eundem Car. in cle. religiosi, uer. quibus. quęstio. 2. de priuil. & in cle. 2. §. ad hæc q. 3. de pe. & remissio. & Rose. eod. §. 3.

d Pa. uero] Versi. nunc uenio ad secundã partem. & uide ibi quia examinat. Et etiam uide eundem. in d. c. cum ad hoc.

e Ab ecclesia] Ratio est ut dixi, quia concessio indulgentię dicit iurisdictionem.

qui, de pœniten. & remis. Sed tu uide glo. in uersi. sacerdotis, in cap. mensuram, de pœniten. distinct. 1. quæ hoc tenet, hoc idem tenet pa. in c. sicut dignum, de homi. 1. nota bi. in fin. allega. ca. quem pœnitet. de pœ. dist. 1. hoc idem tenent Innocenti. in fi. & Ber. in uersicu. iudices in d. capit. qđ autem, sed de quanto non determinatur, nisi quod Aluar. dicit quod potest dare indulgẽtiam annorum uel dierum, sicut ei uidebitur, dummodo discrete faciat. hoc idem tenet Innocent. ut refert & sequitur Archidia. in d. ca. indulgentiæ, & ad iura quæ uidentur contraria. Respon. Archidia. quod est uerum de generalibus, [a] aut publicis remissionibus, quæ facere non possunt uel debẽt intelligi de pœnitentia iniuncta a superiore, puta Episcopo quam remittere non potest. 2 1. di. inferior. Quod limita [b] secundum quod dixi supra Confessio. 6. §. 4.

6 Quid si præfati prelati nõ sunt sacerdotes. Respõ. Lau. in cle. si domini in fin. de reli. & ue. san. quod nihilominus possunt dare. ar. d. c. qđ autem de elec. transmissam, licet Hostien. in c. accedentibus, de excellen. præla. dicat quod non dent, nisi sint presbyteri. [c]

7 Vtrum durent post mortem concedentium. Respon. quod sic secundum Innoc. in c. quòd translationem. de offi. leg. & est dictum solemne. facit quòd no. Lapus in c. fi. de rescrip. lib. 6. & sequitur Ge. ibidem facit quod no. gl. & doctores, in c. cũ ad hoc de clericis non residentibus, & Laudunus in cle. fi. de electio. & facit ad literas, quod saluusconductus non expirat morte concedentis, uide glo. singularem in c. cum ex eo. de elec. li. 6. Nec ob. l. fi. ff. de pœnis, qa loquitur in pœnalibus. quòd bene not. Pan. uero [d] in. c. fi. de offi leg. idem tenet quo ad indulgentiam de qua hic loquor, sed de indulgentia seu licentia, ut puta eligendi confessorem uel non residendi in beneficio non, sed tenet quod expirat morte concedentis, uel finito eius officio, nisi sit facta cum causæ cognitione & consensu sui capituli, quia est in præiudicium ecclesiæ, & sic tene quod in concessione præiudicatiua concessa per inferiores Papæ sine causæ cognitione expirat, secus esset si concederetur a Papa uel non esset alteri præiudicatiua, & sic concorda docto. Vide Cardi. in clem. 1. de electio quinta quæstio.

8 Quid si tales dantes sint in peccato mortali. Respon. secundum Nu. quòd nihilominus ualent propter officium quãdiu tolerantur ab ecclesia. [e] Facit. c. dictum est. 1. q. 1.

9 Vnde assumũtur iste indulgentiæ. ℞. communis opinio doc. tam Theologorum in 4. quàm Canonicorum in d. c. indulgentiæ, & cle. unica de reli. & ue. scõ. & in d. c. quod autem est, quòd sunt ex abundantia meritorũ quę ultra mensuram demeritorum suorum sancti sustinuerunt & Christi. Sed ego teneo cum Franc. de May. in tractatu de indulgentiis, quod cum merita sanctorum sint ultra condignum remunerata a Deo, & sic exhausta, quod solum dantur ex merito Christi & passionis eius, cuius minima gutta sanguinis uel sudoris sufficeret ad expiationẽ omnium peccatorum quę unquam fuerunt perpetrata aut perpetrabuntur, quia eius respectu nihil sunt omnia, ut in c. damnamus circa fi. de sum. trin. quia uere dolores nostros ipse portauit, de cele. mis. c. cum Marthæ, cuius dispensatio tradita est super terram illi qui curã habet mistici corporis, & claue totius ecclesiæ militantis, de transla. c. quanto & 24. q. 1. c. quodcunque.

10 Sub qua forma sunt concedendæ quęstoribus. ℞. quòd secundum formam quę icribitur in d. c. cum ex eo.

11 Vtrum pręfati Prelati possint concedere indulgentias non suis subditis. ℞. ꝙ non, nisi in duobus casibus. Primus est in ca. nostro. de pę. & re. ubi Archiepiscopi concedunt simpliciter per totam prouinciam, licet nõ sint eius subditi, nisi in casibus a iure expressis. intellige tamen ꝙ non ualent, nisi existẽtibus de prouincia non aduenientibus qui ibi nõ habent

habent domiciliũ.Secundus casus est quando illi qui uolũt eas accipere hñt lníam a proprio Epõ ẽm aliquos, ut no.Inno.in c. quod autẽ [a] de pe.& re. Alii uero dicunt q̃d de licentia ꝓprii sacerdotis parrochialis possunt ipsas accipere,& cũ hoc trãsit Hosti. Guil.uero [b] in Spec. dicit ꝙ tutius est ꝙ habeatur cõsensus Episcopi, & secundum eũdem sufficit etiam consensus metropolitani sui. d. c. nr̃o. Addit etiam Guil.ibidẽ uer. & no.ꝙ ex cã iusta põt Episcopus statuẽs in dyocesi sua concedere,ut indulgẽtię suę prosint uenietibus de dyocesi aliena, facit d.c. ꝙ autẽ, [c] non tamen posset concedere ꝙ indulgentię ab aliis Episcopis in eius dyocesi concesse ualeãt.Ex quo patet ꝙ illi qui habent literas diuersorũ Episcoporum dãtes indulgẽtias facientibus eis eleemosynas nõ ualent, nisi quo ad indulgẽtiam proprii Episcopi,uel nisi habeant licẽtiã a proprio Epo [d] uel sacerdote ut tales indulgẽtię ei ꝓsint de foro cõpeten. significasti.

12 Sed quid si episcopus cõcedit indulgẽtiã & Archiepiscopus similiter tale quid faciẽtibus. ℞. ꝙ omnes subditi Epi habebũt utrãque,alii uero habebunt solũ Archiepi ẽm Host. [e] in d. c.cum ex eo.

13 Pro quibus causis indulgentiæ fiunt fiende. Respon. secundum communiter doctores quod ꝓ dei laude [f] & gloria quæ pręcipue relucet in sãctis eius. Sãcti uero honorantur in cõstructione ecclesiarum & commemoratione uir utũ, & ideo recte dantibus celebrãtibus eorum festa existentibus pręd icationibus,uisitãtibus eorum ecclesias & hmõi.Item secũdo pro communi utilitate & defensione fidei, terrę sanctæ,promotione studiis & hmõi.

14 Vtrum possint dari pro tẽporalibus tm̃. ℞. ꝙ nõ simplr̃,sed bene pro tpalibus ad spũ alia ordinatus.ẽm.S.Bo. in 4.di.20. parte ulti.arti. 1. q.4.& sic non est symonia.

15 Vtrum pro spiritualibus tantũ.℞.ꝙ sic,sicut Inn.4. dedit indulgẽtiã.10.dierũ orantibus pro rege franciæ & prædicantibus crucem.

16 Vtrũ pro remissione iniurie.℞ S.Bon.ubi supra ad ẽm q̃d nõ,qa in datione indulgẽtiæ dẽt attẽdi illud q̃d sit mere uolũtatis ñ necessitatis.sit ẽt q̃d taxabile.sit etiã aliquo mõ pęnale, si recte dari,quorũ primũ deficit in ꝓposito.

17 Quibus prosunt indulgentiæ.℞. ut colligo ex Innoc. & Host.in c.q̃d aũt.de pę. & re. & ẽt a Theo.in 4.di. 20. ꝙ ut ualeãt reqrunt̃ ẽm aliquos.7.Primũ q̃d sit cõtritus & confessus, uidet̃ tñ satis rationabile ꝙ hoc intelligatur ẽm ecclesiæ interpretationẽ,unde ille qui fuit confessus in pasca & post cecidit in mortale peccatũ,si conterat̃ de eo et deliberet cõfiteri in quadragesima futura censebitur cõfessus & cõtritus, & sic habebit indulgentiã,& licet hęc sit pia opinio.quam Pan. in c.oĩs utriusque,de pœ & re. tangit.8.col. uer.ex his põt,& Io.An.in d.c.ꝙ aũt.& in gl. in cle unica, ẽ de reli.& ue san & Car.ibidẽ tenet,tamen tutius est ꝙ confiteatur, maxime cũ uix sciant seculares uere cõteri,si confiteri non potest commode conteratur, & credo eam habebit, non autem existens in mortali scilicet non contritus.

18 Secundum ꝙ habeant deuotionem fidei quæ credat tantam potestatem esse apud ecclesiam, quia licet non habeamus manifesta testimonia ante tempus Grego. ii.tamen credendum est.ꝙ etiam ante faciebant,licet non ita frequenter, quia ante sua tempora raro poterant fieri ita solemnes conuentiones catholicorũ & quia erant magis perfecti non ita indigebant. [h]

Tertium

a Inno.in c. q̃d autem] Ibi nihil dicit de hoc sed bene tenet hoc Ab. ibi ulti.not.

Guilli.uero] quarta parte ti. de pe. & re uer. Itẽ de pluribus episcopatibus.

c Facit.d.c. q̃d autem] Ibi hoc sequitur Ioan. An.potest enim hoc dicere.Concedo omnibus qui beneficerit huic hospitali q̃d participes sint omniũ bonorũ quæ fiunt in episcopatu meo.Et uide.S. Bona.in 4.dist. 20. parte ulti. art.1.quæsti. 3. ubi dicit ad fi. ꝙ episcopi idulgentes aliis magis faciũt cõmunicationes quã relaxationes sicut faciunt qui bona sui collegii cõicãt aliis.

d A proprio episcopo] Vide ad idem Rose. eo. §.13.Quare dicit Pa.in d.c. ꝙ autẽ.ulti.no. ꝙ expediens est ut qui uult peregrinari habeat licẽtiam a suo iudice, & ut possit ꝑcipere alienas indulgentias.

e Secundũ Ho.] Vide aliam quęstionem per Gemi.eo.tit.lib. 6. 2.q.q̃d si unus episcopus dat. 40. dies pro cõsecratione,alius successor alios. 40.quod nõ ualet. Et uide Spe. eu.& Ioan.And. ubi supra.

Sexto interroga si sepius uariauit mentem de una persona ad aliam, secundum q occurrebant memoriæ, uel magis stetit in desiderio cum una persona. Et sic sufficit quo ad cogitationes, licet alio modo numerum uel tēpus aut locum exprimere nesciat. Et idē seruandum est in omnibus peccatis quæ sepissime commissa sunt, præsertim quo ad quatuor prima. Postea interrogabis eum si ut suum posset consequi desiderium malum, dedit operam inducendo Choreas, in dando munera, in faciendo matinatas cantando, sonando, precando, loquendo, ambasiatas mittendo, literas scribendo, & huiusmodi, & quantum se occupauit in istis, & a quanto tempore, & si diebus præcipue festis, uel in ecclesiis, aut locis religiosis. Vel si fuit persona cui prædicta fiebant interroga si consensit ut talia fierent, uel exibuit se conspectui talis, uel recipit litteras aut munera, & quantum tempus perseuerauit, & si in festis uel in ecclesijs, nam facientes & consentientes in huiusmodi omnes mortaliter peccant. Et si munera sunt quę inducant ad amorem carnalem, cogenda est ut pauperibus eroget Si uero talia non sunt non est cogenda nisi de bono consilio si ille donare potuit, de quo habes. Donatio primo per totum. Postea habes eum interrogare de opere luxuriæ. Et si dicit q peccauit cum fęmina masculus, siue fœmina cum masculo, non habes quærere nisi tantum. Primo si erant soluti uel coniugati affines uel religiosi & huiusmodi, ut scias quæ species sit luxuriæ, de quo habes luxuria. §. 2. Secundo interroga si stetit naturaliter in uase debito, si dicit q non. Noli quærere quomodo uel in quo loco corporis cognouit eam, q̄a non expedit, sufficit dicat q nō in uase debito, sed extra pollutus est siue inceperit in uase siue non. Tertio interroga si sic peccando cum tali quęsiuit euitare generationem, uel stetit tali modo q non posset fieri. Quarto quotiēs uel quantum perseuerauit, & si in festis ut in plus, uel in ecclesia, & sufficit. Si dicit q peccauit per se polluēdo seipsum uolūtariæ, non oportet quærere de modo, sed solum quoties uel quantum perseuerauit, ut supra dictum est de cogitationibus. Et secundo si desiderauit facere malum cum alia persona quando talibus dabat operam, & quæ sint illæ personæ. s. si soluti uel affines & huiusmodi. Si dicit q peccauit cum alio masculo polluendo se cum eo, non oportet quærere de loco corporis sed de quotiens. Festis uel loco sacro, aut si persona erat sibi cōsanguinea uel religiosa & huiusmodi, & si cum diuersis personis, & si consensit propter lucrum uel munera, consulat ut det pauperibus taliter acquisita.

Si confitetur q peccauit cum brutis, non oportet quærere de nominæ bruti uel loco corporis, sed de quoties, & si in festo uel in ecclesia. Et sic pertransire quod bene notabis.

Si fuit mediator peccatorum carnalium, nam tales grauissime deum offendūt. ut patet in c. noli. de pe. di. 1. & tenentur quantum possunt taliter inductos reducere ad bonum, & sunt inducendi ad restituendum quicquid propter hoc lucrati sunt.

Si seduxit uirginem promittendo eam accipere in uxorem & huiusmodi, uide Stuprum per totum.

Si habuit pollutionem dormiendo. uide Pollutio per totum.

Si contraxit cum aliqua clandestine, uide Clādestinum.

10 Circa. 7. præceptum. Non furtum facies, cuius expositio habetur præceptum. §. 11. unde

de sic interroga.
Si fecit furtum propriæ dictum,& quid sit,uide Furtum in prin. & quando sit mortale. Ibidem.§.34.
Si commisit rapinam, quæ est quando uiolenter accepit alienum, maius peccatum commisit, quam furans, ut in cap. pœnale est. 13.q.5.
Si res naufragantium accepit, uide naufragiũ per totum.
Si pedagia iniusta.uel a quibus non debuit exegit,uide Pedagium per totum.
Si exactiones uel tallias exegit,uide tallia per totum.
Si bellum iniustum fecit uel in eo fuit,uide Bellum per totum.
Si participauit in dando damnum proximo operando,mandando,consulendo, consentiendo,adulando,receptando, defensando, comedendo,non obuiando, ratum habendo, non manifestando & huiusmodi,de quibus habes Furtum in multis. §.& Restitutio primo per totum.
Si inuenit aliquid quod non restituit,uide Inuenta per totum.
Si aliqua præscripsit mala fide. uide Præscriptio.
Si commisit usuram,uide Vsura ptimo per totum.
Si mutuauit pecuniam uel granum uinum & huiusmodi,ut aliquid lucretur, uide ibidem in prin.
Si mutuauit super aliquod pignus ut eius fructus habeat donec pecunia sibi tradatur, uide Pignus.§.13.
Si emit aliquid pro minori q̃ ualeret propter præuentionem solutionis.Vsura.1.§.63.
Si uendidit pro precio cariori propter dilationem solutionis.Ibidem.§.58.
Si fecit cambia sicca & huiusmodi illicita. Ibidem.§ 51.cum pluribus seq.§.
Si dedit pecuniam in societate nolens scire aliquid de periculo.Vide societas.§.7.
Si dedit aĩalia in socidam uolens habere capitale saluum,uide societas.2.per to.
Si accepit sub usuris sine necessitate uel ab eo qui non erat paratus.uide Vsura.2.§. 2.
Si accepit in dono aliquid ab eo qui donare non poterat,uide Donatio.1. §. 4. cum seq.
Si accepit a personis ecclesiasticis aliqua bona ecclesiarum,uide Alienatio.§. 14. & Clericus.13.§.2.
Si incendit ecclesias uel fregit aut loca religiosa.uide Excõmunicatio. 5. Casu. 5. & & 6. Vel alio modo fuit incendiarius.uide Incendiarius.
Si fecit cõcussioné cõminãdo,nisi mihi dederis &c. uide Cõcussio ꝑ totum.
Si ut haberet aliquid cõsensit in aliquod opus peccati mortalis.uide auaritia.§.2.
Si per simoniam aliquid acquisiuit. uide. Simonia per totum, & dicã circa status.

11 Circa. 8. preceptum, non dices falsum testimonium &c.cuius expositio habetur p̃ceptum.§. 12. ex qua potes sic interrogare.
Si dixit mendacium in iudicio uel extra contra doctrinam christiane religionis uel in damnum proximi.uide Médacium.§.2.& 3. & Testis.§.30.
Si noluit testimoniũ dicere productus in testé uide Testis.§.26.&§. 27.
Si usus fuit astucia.uide Astucia. §.1.
Si accepit pecuniam ut non diceret ueritaté. uide Testis.§.28.

12 Circa.9. preceptum, nõ concupisces domũ proximi &c.& 10.non desiderabis uxorem eius qualiter intelligantur,habes preceptũ.§.13.Ex quibus potes sic interrogare.
Si uoluit hr̃e res proximi sui qualitercunque siue cum iustitia uel cum iniustitia, & deliberate, quia p̃c̃m mortale est contra istud preceptum,secus esset si optaret hr̃e salua iustitia, quia sic uel nullum uel ueniale esset peccatum.uide Auaritia.§.1.
Si fuit contentus habere amatores uel amatrices huiusmodi. de quibus dic ut s̃.Cogitatio.
Si posuit se ad fenestras ut uideretur. dic ut supra hic circa prec ptum.Nõ mechaberis.

13 Circa septé peccata mortalia. primo interroga de superbia. & sic forma interrogationes.
Si propter inordinatum amorem excellentie egit aliquid contra diuina precepta. uide Superbia in prin.& §.1.
SI extimauit habere bonum quod habet a se non a deo.uide Superbia §.2.
Si bona quæ habuit credidit a deo sibi data ꝑpter sua merita.Ibidem.
Si se iactauit habere bona quæ non habebat. Ibidem.
Si despectis aliis singulariter appetit uideri habere quod non habet. Ibidem.
Circa filias superbie interroga primo de am-

bitione, uide ambitio quid sit in prin.
Si desiderauit beneficia ecclesiastica principaliter propter honorem uel bonum temporale, uide Ambitio. §. 1.
Si appetiuit dignitatem sciens se indignum. Ibidem.
Si q̃siuit dignitates per uias illicitas. Ibidem.
Si emit officia, uide Officium. §. 1.
Si mutuauit super ipsis officiis. Ibidem. §. 3.
Si per partialitates q̃siuit officia, ut omni modo adiuuet per partem mortaliter peccauit propter inordinationẽ uoluntatis.
De 2. filia quæ dicitur præsumptio, quid sit uide Præsumptio secundo in principio.
Si posuit se ad faciendũ quæ erant supra facultatem suam, uide Præsumptio.
Si exercuit officium quod nesciebat in periculum proximi, uide ibidem.
Si exposuit se periculis peccatorum mortaliũ probabiliter, mortaliter peccauit si aduertebat de periculo, ut patet per ea quæ notaui Cogitatio.
Si nimis præsumpsit de dei misericordia, uide Præsumptio.
De. 3. filia quæ dicitur curiositas, uide Curiositas quid sit in principio.
Si stetit ad audiendum peccata quæ aliquis cõfitebat, uide Confessio. ultimo. §. 16.
Si uoluit adiscere uel uidere aut audire q̃ fieri non possunt sine mortali peccato, puta fornicationes, & incantationes & huiusmodi, uide Curiositas. §. 1.
Si uoluit adiscere a quibus non debuit, ut demonibus. Ibidem.
Si uoluit experiri quæ non licent, ut si incantationes habent effectum, mortaliter peccauit Ibidem.
Si attendens curiosis dimittit adiscere uel intẽdere necessariis ad salutem est mortale peccatum. Ibidem.
De. 4. filia quæ est ingratitudo.
Si despexit beneficia aut alterius uide Ingratitudo §. 5
Si non retribuit benefactori. ibidem.
Si benefactori iniuriatus est. ibidem.
De 5. filia quæ nuncupatur iudicium temerarium, quid sit, uide Iudicium §. 17.
si iudicauit in malum determinate factum alterius, uide Præsumptio. 1.
si usurpauit iudicium non habens officium, uide Iudicium. §. 17. quomodo multipliciter dicitur temerarium.
De. 6. filia quæ dicitur adulatio.
si fuit adulator alicuius de peccato perpetrato, uide Adulatio. §. 1. & §. 5.
si adulando prouocauit aliquem ad superbiã, uide ibidem.
De 7. filia superbiæ quæ dicitur irrisio & quid sit. uide Derisio in principio.
si derisit proximum, uide Derisio. §. 1.
si derisit sacramenta uel uolentes seruare deo ibidem.
De 8. filia quæ est tentare deum & quid sit, uide Tentare deum.
si exposuit se periculo ꝓbabili mortis sine necessitate, uide intimiditas tentare deum.
De nona filia quæ est pertinacia, & quid sit, uide Pertinax.
si fuit nimis pertinax in suo sensu. uide ibidẽ.
De ultima filia quæ est arrogantia uide Arrogantia quid sit.
14 Circa uanã gloriam quæ quomodo aliquando est capitale peccatum, aliquando filia superbiæ, uide Vanagloria.
si uoluit laudari de eo quod est contra deum, uide ibidem. §. 1.
si prætulit gloriam suam deo. ibidem.
Si ordinata ad nostram salutem retulit ad gloriam propriã ibidem.
si constituit finẽ in laudẽ hominum. ibidem.
Circa filias uanagloriæ prout est capitale uitium interroga primo de ornatu indebito; & quando sit indebitus, habes Ornatus per totum, & sic interroga.
si mala intentione ornauit se. ibidem.
si inhoneste. ibidem.
si nimis superflue. ibidem.
si nouas intentiones adinuenit. ibidem.
De inobedientia quæ est. 2. filia uide inobediẽtia, per totum.
De inobedientia circa præcepta ecclesiæ, sic interroga.
si obseruauit festa præcepta ab ecclesia, & quę sint habes Feriæ. §. 2.
si ieiunauit in uigiliis præcepti, uide ieiuniũ. §. 7. quæ sunt præcepta, cum pluribus. §. seq.
si confessus est semel in anno, uide Confessio. 2. §. 2. & 3.
si suscepit sacramentũ corporis Christi semel in anno. uide eucharistia. 3. in prin. & ꝑ totũ.
si audiuit missam in festis pręceptis, uide Feriæ. §. 42.
si fecit torneamenta seu consensit ut fierent, uide torneamentum, per totum.

Si contraxit matrimonium clandestine, uide Clandestinum, per totum.

Si fecit aliquod eorum quod prohibetur sub pœna excõmunicationis late sententiæ de quo uide Excommunicatio.5.6.& 7.

Si fuit excommunicatus ab aliquo, uide Excommunicatio ulti.

Si participauit cum excommunicatis, uide Excommunicatio.8.per totum.

De inobedientia certarum personarum, habes infra circa status.

Si fuit inobediens suis prælatis uel dominis, uide obedientia, & uide inobedientia.

Si fecit cõtra cõsciẽtia, uide conscientia. §.1.

De iactantia quæ est tertia filia, uide Iactantia in principio.

Si iactauit se de aliquo peccato mortali facto, uide ibidem. §.1.

Si iactauit se in uituperium aliorum, uide ibidem, uel in deceptionem alicuius ibidem.

De pertinacia quæ ponitur ab aliquibus filia superbiæ, habes infra in uer. superbia.

De ipocrisi, uide Simulatio. §.4.

Si simulauit sanitatem in deceptionem populi, uel ut assequeretur prælationes, ibidem.

De discordia quæ est sexte filia uanagloriæ, uide Discordia.

Si noluit concordari cum aliis in his quæ erãt bona propter elationem suam ibidem.

De contentione quæ est septima filia, uide Contentio.

Si habuit contentionem propter emulationẽ alicuius. Ibidem.

Si contendit disputando cõtra ueritatẽ ibidẽ.

Si contendit in iudicio contra iusticiã, ibidẽ.

Si contendit ita inordinate q scandalum facit aliquibus ibidem.

Si subornauit aliquos in electione uel testimonio & huiusmodi, uide subornatio.

Si nimis uilipendit se, uide Ironia.

De astutia, si usus ẽ simulatione uide Astutia.

15 Circa auaritiam quę est capitale peccatũ uide Auaritia in prin. quid sit.

Et quia consistit in retinendo, acquirendo, & appetendo sic interroga.

Si retinuit qui restituere tenebatur uide Restitutio. 3. per totum, & quis tenetur, habes Restitutio. 1.

Si non soluit creditoribus in termino, cum posset uide solutio. §.25.

Si retinuit superflua, & non fecit eleemosynas uide Auaritia. §.3.

si non fecit eleemosynam de arte sua puta medicus pauperi infirmo, aduocatus clientulo pauperi, de quo uide Aduocatus. §.10. & Medicus. §.5.

De auaritia in acquirendo, uide Auaritia. §.2. & satis patet supra in 7. præcepto.

De auaritia in appetẽdo. Habes Auaritia. §.1.

si appetiuit illicite, uel illicita, uel multũ animo suffocato, uide ibidem.

Circa filias auaritiæ prima est proditio.

si prodidit castrum uel terram inimicis, ultra mortale tenetur de omni damno.

si prodidit res proximi uolentibus eas auferre iniuste, ultra mortale similiter tenetur ad restitutionem.

si habita sub sigillo secreto, uel confessionis, reuelauit, habes Confessio ulti. §.1. & §.23.

si apperuit literas alterius sigillatas, uide Falsarius. §.2.

si secreta domini sui reuelauit in eius damnũ ultra mortale tenetur ad restitutionem, uide Feudum. §.16.

De fraude quę est. 2. filia, habes fraus.

si fecit fraudem legi. Ibidem. §.2.

si fraudauit iustas gabellas. Vide Pedagium. §.6.

si uendidit unam rem pro alia: puta uinum limphatum pro puro, corrupta pro sanis, pecus pro castrato, & huiusmodi, habes Emptio. §.8.

si aliquam fraudem fecit in deceptionem proximi, uide Dolus. §.9.

De fallacia quæ est tertia filia, habes Falsarius.

si falsificauit aliquod instr̃m, bullam, uel librum, uide Excommunicatio. 5. casu. 3. & Falsarius. §. 1. cum sequentibus.

si destruxit instrumenta uel scripturas. Vide Falsarius. §. 3.

si occultauit scripturam, uide Restitutio primo in literas scripturas.

si falsificauit sigilla prælatorum, uide Falsarius. §. 2.

si falsificauit mensuras. Ibidem.

si monetam. Ibidem. §. 4. cum seq.

si ex falsa causa obtinuit aliquod beneficium ecclesiasticum, ultra mortale tenetur renunciare. si alias non obtinuisset, uide Rescriptum. § 3.

De inquietudine mentis qua quis nimis sollicitus est circa temporalia, & tunc est mortale peccatum, quando per eam quis

omit-

omittit necessaria ad salutem, alias est ueniale peccatum, uide Inquietudo.

De uiolentia quæ est. 5. filia satis patet in 7. præcepto, & in titulo rapina.

De immisericordia quæ est. 6. filia, qua non subuenit quis indigenti, habes Auaritia. §. 3. & Eleemosyna. §. 1.

De acceptione personarum quæ est 7. filia. Habes Acceptio personarum. Si in iudicio accepit personam, uel in distribuendis officiis, uel beneficiis, uel eleemosynis, uide ibidem per totum.

Si in electionibus non eligit magis dignum, uide Electio. §. 21.

De turpi lucro quod est. 8. filia. uide turpe lucrũ, & tale est peccatum quale illud propter quod acquirit. uide infra restitutio. 1. in uer. turpe lucrum.

De ludo qui prouenit aliquando ex auaritia, uide Ludus per totum.

Si lusit ad pilam uel alium ludum in quo uersatur industria. Vide Ludus. §. 2. quando licet.

Si ludit ad ludum in quo uersatur fortuna. Ibidem. §. 4.

Si stetit ad inspiciendum ludentes, uide ibidem. § 6.

Prodigalitas est contraria auaritiæ, sed tamẽ peccatum, uide Prodigalitas.

Si superflue expendit rẽ in pompis, equis & huiusmodi notabilis excessus uidetur mortalis ut patet Ornatus. §. 6. & ibi uide.

16 Circa luxuriam quæ est capitale uitium. Vide Luxuria, & de hoc habes s. 6. præcepto.

Circa uero filias luxuriæ, quarũ prima est cecitas mentis de qua Cecitas mentis in prin.

Si ita occupatus fuit in mundanis mente ꝙ nescit aliquid de deo intelligere, uel necessaria ad salutem, uide ibidem. §. 1.

De præcipitatione quæ est. 2. filia uide Præcipitatio.

Si fuit præceps in operibus sui contemnẽs cõsiderare uel in periculum, uide ibidem.

De inconsideratione quæ est. 3. filia luxurie, uide Inconsideratio.

Si fuit incautus, maxime ubi imminebat periculum, uel ubi tenebatur de leui uel leuissima culpa, quia licet excusetur aliquando a mortali, non tamen ab obligatione restitutionis, ut habes Culpa. §. 5. & 6.

De amore sui quo quis quærit delitias & quietem, uide amor sui.

De amore seculi qui est. 5. filia luxuriæ habes Diligere. §. 3.

Si uoluit perpetuo stare in mundo, uide ibidẽ.

Si dilexit mundum constituens ibi finem uel ad uoluptatem, uide ibidem.

De horrore futuri seculi ex quo homo uellet nunquam mori, uide Diligere. §. 3.

De inconstantia quæ est. 7. filia habes Inconstantia.

De odio dei quod est octaua filia luxuriæ. Habes Odium Dei.

De stultiloquio aut scurilitate quæ sunt filiæ luxuriæ, dic si usus est uerbis libidinosis, aut inhonestis, aut gestibus uel ad prouocandum alios, uel unde probabiliter habent prouocari ad luxuriam, est mortale peccatum. Idem dic de turpiloquio, uide Scurilitas.

17 Circa gulam, quæ est aliud capitale peccatum, sunt formande interrogationes circa eius species.

Si præuenit horam in comedendo.

Si nimis laute comedit.

Si nimium studium apponit.

Si nimis comedit.

Si cum nimio ardore seu appetitu, & quando gula sit mortale peccatum in prædictis. Habes Gula.

De eius filiabus, quarum prima est Ebrietas, uide Ebrietas quando est mortale peccatum.

De hebetudine mentis, quæ est. 2. filia, uide Hebetudo.

De inepta leticia, scias ꝙ non est mortale peccatum nisi per ipsam dissolueretur quis in ea quæ sunt mortalis peccati, ut corizando in casu prohibito & huiusmodi, alias est ueniale peccatum, uide Chorea; & Ludus. §. 2.

De multiloquio quæ est. 4. filia, habes Multiloquium per totum.

De scurilitate quæ est. 5. filia habes Scurilitas.

Si fecit actus ita scuriles, ꝙ ad prouocandum ad luxuriã sunt efficaces, uidetur mortale.

De immundicia quæ est 6. filia gulæ, uide Immundicia.

Si cõmedit uel bibit ut possit luxuriari, quia est mortale, secus est si ut satisfaceret uxori in redditione debiti, quia sic nullum peccatum, uel ueniale, quando hoc fecit ut magis delectaretur cum uxore.

18 Circa inuidiam quæ est aliud capitale

tale peccatum, uide Inuidia, & quomodo est mortale peccatum.

De eius filiabus, quarum prima est odium proximi, de quo uide Odium dei. & sic interrogat.

Si desiderauit malum proximi, & quanto tempore perseuerauit, & si sepe in huiusmodi occupauit mentem, quia quoties deliberate desiderauit malum proximi, toties mortaliter peccauit, si erat notabile malum, & per diuersa tempora. Similiter quando in eadẽ cogitatione transibat nunc de desiderio mali in rebus ad desiderium mali in persona, uel in filiis, quia sicut sunt diuersa subiecta, ita uidentur diuersa mortalia peccata.

De tristicia in prosperis que est.2.filia. Si tristatus est de bono notabili proximi deliberate propter inuidiã, est mortale peccatũ, ut prælatus de maiori prælatione. Doctor de maiori concursu. Miles de maiori lucro. Scolaris de maiori ingenio. Ciuis de maiori honore. Mercator uel Artifex de maiori creditu. Spiritualis de maiori fama. & huiusmodi, uide Inuidia.

De letitia in aduersis proximi. Idem dic, ut supra, & uide ibidem.

De susuratione, uide Susuratio.

Si quæsiuit seminare discordias, reportãdo malum alteri de altero Ibidem.

De detractione, uide Detractio per totũ, quomodo est mortale peccatum, & quomodo tenetur per totum.

Si dixit malum de proximo false. Ibidem.

Si uerũ dixit sed quibus non debuit. Ibidem.

Si augumentauit malum. Ibidem.

Si audiuit libenter detractiones. Ibidem.

9 Circa irã quæ est aliud capitale peccatum, de quo habes Ira.

Si appetiuit uindictam de proximo, ibidem.

Si noluit loqui cum proximis, nec reconciliari, uide Diligere deum. §.2.

De filiabus eius quarũ prima est tumor mentis, dic ut supra, in prima filia inuidiæ. §.15. & infra tumor, & de implicatione in huiusmodi cogitationibus de uindicta fienda secundum regulam supradictam. Ibidem.

De 2. filia, scilicet indignatione, habes Indignatio.

De 3 filia quæ est clamor, uide clamor.

De 4. filia quæ est contumelia seu conuitium, habes Contumelia & Conuitium, aduerte hic quòd licet quis non dicat cõuitium uel contumeliam ut ei auferat honorem, sed causa correctionis, sed tamẽ dicit talia quæ de se notabiliter ledunt, puta mulieri quod est putana & huiusmodi, & audientes scandalizantur, de tali cui dicitur quia sic credunt esse non excusaretur a mortali peccato, & hæc adde ad uer. contumelia. §.2.

De 5. filia qua est rixa, habes Rixa.

De maledictione, quæ est 6. filia, habes Maledictio.

De blasphemia dictum est supra. §.5.

De bello similiter. §. 10.

De seditione quæ est 6. filia, habes seditio.

Si tenet partialitatem uel eam sequitur paratus qualitercũque pro parte est in statu damnationis, nec potest absolui, nisi disponat dimittere.

De murmuratione, habes murmuratio.

Si murmurauit contra deum deliberate tenẽs eum iniustum, quia mortale.

Si contra prælatos ipsos temerariæ iudicãdo, mortale est.

20 Circa accidiam quæ est ultimum capitale peccatum, uide Accidia.

Si dimisit necessaria propter accidiam. Ibidem. §. 1.

Si penituit se bene fecisse. Ibidem.

Si incurrit infirmitatem notabile propter tedium, est mortale quando potest se iurare, uide Accidia §. 1.

De filiabus eius quarum prima est desperatio, uide Desperatio.

De secunda quæ est malitia quæ est peccatum in spiritum sanctũ, quod habet sex species. Prima dicitur præsumptio de misericordia dei sine meritis. Scd'a desperatio qua despe rat de misericordia dei. Tertia impugnatio ueritatis agnite, ut liberius possit peccare. Quarta inuidentia fraternæ gratiæ, ex qua uellet omnes essent mali & nullus bonus, ne esset sibi confusio male uiuere. Quinta obstinatio. Sexta impenitentia, uide Peccatum. §. 3.

De tertia filia quæ est pusillanimitas, uide Pusillanimitas.

Si desiit bona facere ad quæ tenebatur ex pusillanimitate, utputa corrigere fratrem, uide Correctio fraterna. §.1. & similia.

Si uero dimisit non necessaria, est ueniale peccatum.

De 4. quæ est ociositas dictum est supra in 3. precepto, & habes in titu. Ociositas.

De 5. filia quæ est pigritia seu torpor. uide Corpor.

De 6. quæ est euagatio mentis in illicita. Habes Euagatio mentis.

De 7. quæ est negligentia. uide Negligentia.

Si fuit negligens in addiscendo necessaria ad salutem in confitendo, in suscipiendo sacramenta, in operibus misericordiæ exercendis quæ quando sit mortale peccatum patet Negligentia. §. 1. Aduerte hic quia si quis ex negligentia omittit implere unum præceptum, puta de confitendo semel in anno, solum est unum peccatum mortale, sed si deliberauit sepius nolle confiteri, tot sunt peccata mortalia quot sunt deliberationes factæ per interualla temporis. quod no.

21. Circa opera misericordiæ spiritualia quæ sunt consule. castiga. dimitte. solare. fer. ora.

Si noluit dare consilium petēti in his qua pertinent ad salutem, uel in re unde notabile damnum potest euenire proximo cū tamen posset, mortale est, uel qn̄ hēbat ex officio.

Si non correxit quos debuit & tenebatur, hēs Correctio Prælatorū, & Correctio fraterna.

Si dimisit rancorem contra proximū. dictum est supra. §. 18.

Si non fuit consolatus tribulatos posset esse mortale in prælato, quando subditi ex tali omissione inducuntur in desperationē uel aliud malum, & ipse bono modo posset salua disciplina.

Si non orauit pro omnibus, posset esse graue in illis qui uiuunt de eleemosynis magna negligentia.

22 Circa opera misecordiæ corporalia quæ sunt, uisito, cibo. poto. redimo. tego. colligo. condo, quæ tunc cum præuaricātur sunt mortale peccatū, qn̄ ex eorū omissione notabiliter ledīt proximus, & hō pōt bono mō facere, puta si prælatus uisitaret infirmum quē uisitare posset, non desperaret sed confiteret. Eget cibo & potu, & habes ultra condecentiā tui status. Est in captiuitate & redimere posses de superfluitatibus tuis. Est nudus & tu caudam ducis. Est sine domo & tu habes ampla palatia. ex dictis s̄. Auaritia & eleemosyna potes colligere quando homo tenetur de præcepto.

23 Circa 5. sensus qui sunt uisus, gustus, auditus odoratus, & tactus, quibus sepius potest esse mortale, ut si uoluit uide quæ sunt mortalis peccati in eo qui facit, uel inductus ad mortale, de quo habes Curiositas. Idem dic de auditu. Gustus autem & odoratus communiter sunt uenialia. Tactus quandoque mortale cum causa luxuriæ uel morose delectationis, ut supra cogitatio.

24 Circa præcepta ecclesiæ, quæ generaliter tangunt omnes dictum est supra in 2. filia inanis gloriæ §. 14.

25 Nunc de statibus aliqua particularia sunt ponenda in quibus sunt interrogandi ultra ea quæ supra posita sunt contra præcepta, & in peccatis capitalibus, & primo.

Circa pueros doli capaces sunt interrogandi de iniectione manuum uiolenta in personā ecclesiasticam. ex qua possent esse excommunicati, de quo habes supra. Excommunicatio 5. §. 1. cum multis se. Postea de cōfessione & communione si fecerunt, de pnīa, de inobedientia, de mendaciis, de inhonestate, auditione misse, de furtis & similibus in quibus communiter illa ætas solet peccare.

26 Circa christianos in communi, si suscepit sacramenta necessitatis, & quæ sint. Vide Sacramentum. §. 6.

Si portauit habitum infidelium, uide Apostasia. §. ultimo.

Si nimiam familiaritatem habet cum iudæis uel cum infidelibus, uide Iudeus. §. 1.

Si fecit contra conscientiā. Vide coscīa. §. 1.

Si habuit ratum aliquod malum factum nomine suo. Vide consensus. §. 4.

Si alicui consuluit aliquod peccatum uel malum. Vide consilium. §. 1.

Si contempsit aliquam exhortationem superioris. Vide contemptus. §. 1.

Si quando tenebatur habuit contritionem de peccatis. Vide contritio. §. 4. & 5.

Si correxit quos sciuit uelle delinquere. Vide correctio fraterna. §. 1.

Si denunciauit prælatis peccata quæ sciuit. Vide Denunciatio. §. 1.

Si in dubiis tutiorem partem elegit. Vide dubium. §. 1. & 2.

Si existens excommunicatus, uel interdictus & monitus a celebrantibus ut exeret ecclesiam, noluit exire. Vide Excommunicatio. 5. casu. 15.

Si famam suam neglexit. uide fama. §. 1.

Si incarceratus fugit. Vide fugere. §. 1. & 2.

Si usus est habitu fœmineo. Vir existens uel econtrario, aut religionis. Vide Habitus. §. 7. & 8.

Si fuit histrionus. uide histrio. §. 1.
Si impressit in terra uel in lapide humi posito signum crucis. uide Imagines. §. 4.
Si fecit aliquod enorme in ecclesia. uide immunitas per totum.
Si sciuit necessaria ad salutem. uide Scientia. §. 2.
Si fuit excommunicatus ab aliquo iudice. uide absolutio. 2. & Excommunicatio primo per totum.
Si iniecit manus uiolentas in personam ecclesiasticam. uide Excommunicatio. 5. §. 1. cum multis seq.
si nominatim interdictos excõmunicatos uel usurarios sepeliret. uide Excommunicatio. 7. Casu. 36.
si contraxerunt matrimonium in casibus consanguinitatis uel affinitatis prohibitis, uide Excommunicatio. 7. Casu. 41.

27 Circa ambasiatores dominorum uel cõmunitatum.
si steterunt absentes sine causa uel pro factis suis in expensis dominorum uel communitatum, uide Absens. §. 1.

28 Circa tutores uel curatores aut administratores rerum alienarum.
si infideliter se habuit in commissis fraudando, uel dilapidando, aut non bene ministrãdo, uide Administratio. §. 1.
Si exegit usuras pro pupillis, aut alio modo fecit pro eis contractus illicitos. uide Restitutio. 1. in litera Vsurarius.

29 Circa coniugatos.
Si contraxit clandestine. uide Clandestinum. uel in gradu prohibito. uide Matrimonium iij. per totum.
Si consumauit ante benedictionem. uide Debitum. §. 1.
Si negauit debitum petenti uel reddidit se impotentem. Ibid. §. 6.
Si cognouit causa satiande libidinis. Ibidem. §. 23.
Si cognouit habens intentionem ad alteram. ibidem. §. 21.
Si usus est matrimonio extra uas, uel modo indebito. Ibid. §. 25.
Si tempore menstrui. Ibidem. §. 32.
Si in dieb. festiuis, uel in ecclesia. Ibid. §. 28. & §. ultimo.
Si Pregnationis tpe. Ibid. §. 33.
Si p tactus habuit pollutionem extra uas. ibid. §. 26.
si exegit uel reddidit debitum adultero, uel adultere. ibid. §. 8.
si contraxit excommunicatus uel in pctõ mortali existens; quia peccauit mortaliter contrahendo per uerba de presenti. uide Matrimonium. 2. §. ult.
si non contraxit ea intentione qua debuit. uide Matrimonium. 2. §. ultimo.

30 Circa uxores si fuit litigiosa in domo, & de reliquis de quibus supra. §. 19. ubi tractatur de ira.
si habuit dotem de usuris. uide Restitutio primo sub litera Vsurarius. §. 19.
si fuit inobediens uiro. uide Obedientia, & inobedientia, per totum.
si procurauit sterilitatem uel usa est superstitiosis. ut haberet filios. uide Matrimonium. 2. §. 23. cum duobus seq.
si dedit bona uiri contra eius uoluntatem. uide Eleemosyna. §. 7. & uide Furtum. §. 34. & 35. & 47.
si nõ habuit bonã curã de filiabus maxime, & si docuit eas uanitates & huiusmodi, in quibus sunt multa mortalia, non duxit ad missas, predicationes, sed choreas, patet per supradicta quando est mortale.
si usa est ornatu indebito. uide Ornatus per totum.
si uiolauit fidem uiro. uide Adulteriũ in princ. & in seq. maxime. §. 3. & 4.

31 Circa uiros. si stetit nimis in remotis cã cupiditatis contra uoluntatem uxoris. uide Debitum. §. 6.
si non seruauit fidem. uel habet concubinam, quia non est absoluendus, nisi a se eiiciat. uide Concubinarius. §. 1.

32 Circa patremfamilias. si alimenta dedit quibus tenebatur. uide Alimenta per totum.
si soluit decimas debitas. uid Decima. §. 1. & 2.
si fecit eleemosynas. Vide Eleemosyna. §. 1.
si ministrauit necessaria familie tam corpori q̃ anime, docendo & huiusmodi. uide Familia. §. 1. & Filius. §. 21.
si non dotauit seu maritauit filias tempore debito. uide Dos. §. 4.
Quomodo tenetur ex facto familie. habes dominus. 2. §. 2.
si prouocauit familiam suam nimis exasperando, & furiose & cæteris. ut infra ira. & supra. §. 19.
si nõ procurauit ut confiteretur semel in anno

& communicaret, uidetur mortale peccatū, & in uerſi. familia. §. 1.

33 Circa filiosfamilia, ſi furatus eſt res patris ſui ut expēderet in ſuperfluis uel ludis, aut aliis malis, quia eſt mortale.

Secus ſi accepiſſet pro faciendis ſibi ueſtimentis, aut calciamentis, aut aliis neceſſariis, quia ſic liceret, ex quo pater non prouidit, ut tenetur, & de reliquis, ut ſupra. §. 7.

34 Circa Doctores & Magiſtros.

Si quæſiuit magiſterium ſeu doctoratum propter honorem principaliter, uide Honor. §. 4.

Si fecit ſe promoueri ad doctoratum & exiſtēs inceptus & ignorans, uidetur mortale per c. 1. & c. quanto, de magiſtris.

Si legit principaliter propter honorem, uide Honor. §. 7.

Si legit ſciētias prohibitas, uel perſonis prohibitis, uide Magiſter & quę ſunt perſonæ prohibitæ, uide excommunicatio. 7. Caſu. 6 & 7.

si ex pacto receptus eſt in canonicum ut ſcholas regat, uide Magiſter. § 10.

si exegit exiſtens ſalariatus a ſcholaribus aliquid, uide ibidem. §. 11. & 12. & 13.

si exegit aliquid pro licentia docendi danda. ibidem. §. 15.

Si admiſit ignorantes ad doctoratum mortaliter peccauit, quia ex tali facto dicit mendacium periculoſum.

Si non exegit iuramētum a doctorando quod non expendet pluſquam debet in doctoratione. Ibidem. § ultimo.

Si exiſtens in mortali notorie docuit publice in theologia, quia mortaliter peccauit ſecūdum Petrum, uide Prædicare §. 7.

Si ſeruauit iuramenta uniuerſitatis, uide Iuramentum. 6. §. 2 & 3.

Si iactauit ſe de doctrina alios uituperādo aliquando & in pluribus, poteſt eſſe mortale. Vide ſupra. §. 14. & 18.

Si notabiliter fuit negligens circa profectum ſcholarium, uidetur mortale, uide negligentia

Si uerberauit aliquem crudeliter uidetur mortale, quia ſolum leuis caſtigatio eis permiſſa eſt. c cum uolūtate §. ſi qui uero, de ſentētia excommunicationis, & ſi erant clerici eſſet excommunicatus, uide Excōmunicatio. 5. Caſu. 1. §. 10. & 11.

Si iniuſto modo, puta detrahendo, uel per ſectas ſubtraxit ſcholares alterius doctoris, quia ultra mortale tenetur ad reſtitutionē ſi iā intrauerant ſecūdum Io. de ligna. ſecus ſi nondum intrauerant.

Si impediuit propter odium uel partialitatem doctorandum, uel in collegio recipiendum idoneum, quia ultra mortale tenetur ad reſtitutionem damni.

35 Circa ſcholares, ſi ſeruauit iuramenta uniuerſitatis, uide Iuramentum. 6. §. 2. & 3.

Si fecit ſectas pro rectore fiendo, multa mortalia ibi adueniunt.

Si elegit rectorē inſufficientem, uidetur mortale ſecundum aliquos, ſed hoc non determino in uniuerſitatibus ſcholarium.

Si ſtudet in prohibitis ſcientiis. Vide Magiſter & ſupra Excommuni. 7. caſu. 6. & 7.

Si ſepe contendit contra ueritatem ne ſuccumbere uideatur. Vide ſupra. §. 14. in ſeptima filia.

Si ſtudet propter malum finem, quia tale peccatum qualis finis, uel propter honorem, uide Honor. §. 7.

Si ſtuduit curioſa dimittendo neceſſaria ad ſalutem, eſt mortale peccatū. Vide curioſitas.

Si tractauit cum aliquo ciue bononienſi de cōductione hoſpicii alterius ſcholaris, uide excommunicatio. 7. caſu. 4.

36 Circa medicos, ſi exiſtens ignorās medetur. Vide Medicus in prin. & §. 1.

Si in medendo non fuit ſecutus traditiones medicine, ſed uoluit facere experimenta ex capite ſuo in periculum notabile proximi. Ibidem.

Si prolongauit infirmitatem. Ibidem.

Si conſuluit aliquid contra ſalutem animæ & ſanitate corporis. Ibidem. §. 7.

Si non admonuit infirmum efficaciter, ut confiteretur in principio infirmitatis. ibidem. §. 13.

si pregnanti aliquid dedit ut filius moreretur, peccauit mortaliter, quia non ſunt faciēda mala, ut bona eueniant.

si dedit medicinā de qua dubitat an noceret. ibidem. §. 2.

si non annunciauit mortem infirmo. ibidem. §. 12.

si non debito modo uiſitauit infirmos, poſſet aliquando eſſe mortale.

si pauperibus noluit mederi gratis. ibidem. §. 2.

si habuit partem cum aromatario, & propter

hos

hoc grauat infirmos emere ab eo cum eorũ damno, quia sic teneretur eis ad restitutionẽ ex quo ei soluerunt, secus si ex hoc nullum habent damnum.

37 Circa aromatarios, si in componẽdis medicinis non posuit quæ medicus ordinauit, sed unum pro alio, uel corrupta & quæ uirtutem non habebant ex uetustate pro bonis & huiusmodi, ex quibus sequitur uel prolongatio infirmitatis, uel aliud malum proximo infirmo, quia ultra mortale tenetur ei ad restitutionem.

si uendidit uenena uel quæ faciũt aborsum & huiusmodi illis de quibus sciebat non debere uti ad bonum, uide Ars.§.2.

si sophisticauit aromata ponens in speciebus unum pro alio, uel in sirupis, aut in candelis & huiusmodi, uide Emptio.§.8.

si uendit diminuto pondere aut falso & huiusmodi, uide Falsarium.§. 11.

38 Circa mercatores, si portauit prohibita infidelibus, uide Excommunicatio. 5. Casu.21.

si negociatur propter malum finem uide Negocium.§.2.

si in loco sacro tenuit mercatum, uide immunitas.§.3.& 5.& Negocium.§.2.

si carius uendidit quam emit in eodem loco, Emptio.§.10.& infra Negocium.§. 3.

si uendens pro aliis aliqua uendit pro. 12.& solum. 10. dat dominis rerum emptio.§.28.

si uendidit unum pro alio, uel corrupta ꝓ bonis, uide Emptio.§.8.

si usus est falsis mensuris & huiusmodi. uide Falsarius.§.11.

si uendidit rem plus iusto precio, aut propter tempus solutionis & huiusmodi, uide Emptio.§.7. Et usura.1.§ 33.& 34.

si fecit cambia, uide Vsura.1.§.2. cum sequen.

si aliquos contractus usurarios, uide Vsura. 1. per totum.

si composuit cum aliis ut uendant uno precio in damnum reipublicæ, quia ultra mortale tenentur damnificatis, uide Negocium. §.2. Et emptio.§.17.

si expendit falsas monetas scienter est mortale, & tenetur ad restitutionem, licet ipse etiam fuerit deceptus ab alio supra Falsarius.§.4.

si bonas monetas radit, uide falsarius.§.4. cum sequentibus.

Si emit res raptas uel furatas, uide Restitutio. 1. in littera Emens rem raptam.

si infideliter se habuit in societate quam habet cum aliquo uide Societas.1.& 2. per totum.

si uendit in festis uel cum mendacijs periurijs, & aliis illicitis. uide Negocium.§ 2.

39 Circa prosonetas, si mediator fuit contractuum usurariorum, uide Restitutio. 1. in littera Vsurarius. §. 5.

si male consuluit scienter in aliquo contractu, quia ultra mortale, tenetur de damno dato, uide Dolus.§.9.

si decepit in precio dans intelligere uni quòd uult tãtum, & alteri q͛ non potest habere nisi tantum, uide Dolus.§.9.

40 Circa artifices, si fecit artem cuius opus est ad malum, ut taxillos & huiusmodi, uide Ars.§.2.

Si accepit insignia alterius magistri uide Insignia de fraude in arte in mẽsuris & huiusmodi. uide Falsarius.§.11.& emptio.§.8.

41 Circa lanifices, si uendit pannum unius lane pro alia. uel tincture, uide emptio.§.8.

si soluit laboratoribus de panno, aut uendendo ultra iustum precium & emendo pro uiliori, uide Vsura.2.§.60. iunctos.§.15. in uerbo solutio.

si filatoribus dedit. 14. uncies pro libra tenetur ad restitutionem, nisi sic a prin. conuenisset, nisi filatores facerent ex necessitate magna.

si pannum nimis traxit. uide emp.§ 8.

si non soluit laboratoribus, uide Solutio.§.25.

42 Circa tabernarios, si uendidit uinum limphatum pro puro, uide emptio.§.8.

si miscuit in uino nociua. ibidem.

si tenuit meretrices. uel lusores, omnia peccata ei imputabuntur.

si scienter administrauit ad ebrietatem alterius, uide Ebrietas.§.1.

si ex culpa sua perdidit sibi tradita in custodia, uide Custos in princi. & Nauta in principio.

43 Circa macellarios, si uẽdidit carnem corruptam pro sana, de pecude pro castrato, & huiusmodi, uide Emptio.§ 8.

44 Circa pistores, si fecit panem nimis ponderosum, uel immiscuit aliam farinam & huiusmodi, uide Emptio.§.8.

45 Circa sutores, si fecit uestes impudicas q̃ non possunt deferri sine peccato mortali. uide Ars.§.2.& hoc quando sit, uide Ornatus per totum.

Si male incidit ex culpa sua. Vide culpa. §. 5. & 6.

Si furatur de panno serico & huiusmodi, uide furtum per totum.

46 Circa aurifices, si uẽdidit aurum alchimicum pro uero. Vide emptio. §.8.

Si cudit monetam sine licentia principis. Vide falsarius. §.4. cum seq.

Si tradit eam, uel facit aquam unde aliquid imminueret. Ibidem. §.8

Si emit lapidẽ preciosum pro uili ab illo qui ignorabat. Vide emptio. §.7

47 Circa alchimicos, si laborauit in dicta arte. Vide Alchimia.

48 Circa daciarios, si exegit dacia iniusta. Vide Pedagium. §. 1. cum seq.

Si exegit a personis ecclesiasticis. ibidem. §.4.

Si ĩputauit fraudẽ dacii ubi nõ erat, ultra mortale tenet̃ ad restitutionem totius damni.

Si fraudauit socios ultra mortale tenetur ad restitutionem.

49 Circa musicos & histriones, si pulsauit his qui ex libidine corizabant, uel illicite. Vide chorea.

Si gestus impudicos prouocantes ad peccatũ mortale fecit. Vide Histrio.

50 Circa laboratores & rusticos.

Si non laborauit fideliter, in notabili excessu esset mortale peccatum.

Si permisit bestias nocere in agris, & hmôi, tenetur ad restitutionem si fuit in culpa.

Si fraudauit dominum in parte sibi danda, tenetur ad restitutionem, nisi dñs in alio grauasset eum. Vide Furtum. §.40.

Si nõ seminauit possessiones, uel coluit quas tenebat sicut debuit Vide culpa. §. 5. & 6.

51 Circa uenatores, si in diebus festis perdita missa, uel per totam diem se occupauit. Vide Feriæ. §.9

Si dedit damnum in agris, quia tenetur (si est notabile) ad restitutionem.

52 Circa locatores, si sciẽter locauit equũ periculosum, aut uas uitiosum. uide Locatio. §. 23

Si conductor fuit in culpa perditionis rei locatæ. ibidem. 24. §.

Si petiit mercedem quam non debuit, uel soluit minus quã debuit. Ibidem. §. 22. & 15.

53 Circa laborantes in filando lanam, uel tingendo setam & hmôi, qui tenentur. Primo si furantur. Secundo si male laborant, uel destruunt. de quo uide Locatio. §. 23

54 Circa reuenditores rerum, si finxerunt ꝙ non poterant uendi nisi pro tanto, & tamẽ uel erant qui emerunt pro plus, uel ipsi pro modico emerunt, ut pro pluris uenderent, tenentur ad restitutionem, quia per fraudẽ acquisierunt. Item si uendiderunt pro plus quam tribuant domino, uide Emptio. §. 28.

55 Circa Iudices, si habuit iurisdictionem ab aliquo non uero domino. Vide Dominus in principio.

Si dedit inquam senten iam scienter, uel per ignorantiam, aut negligentiam.

Si dedit iniquam sententiam scienter, uel per ignorãtiam, aut negligentiam. Vide Iudex. §. 21. cum sequenti.

Si existens ignorans non eligit bonum assessorem. Ibidem. § 22.

Si elegit assessorem in fraudem, cum non indigeret, uide Iudex. §. 16.

Si accepit pecuniam ut iudicaret, uel non iudicaret, aut ut iniquæ contra iustitiam, uide Iudex. §. 8 cum multis sequentibus, & Suspensio. 1. § 2ꝗ.

Si non seruauit ordinem iuris, uidetur mortale, nisi aliqua causa urgẽs ad hoc ĩpelleret.

Si reo dedit dilationes indebitas, quia ultra mortale tenẽtur parti læse ad restitutionẽ.

Si reo fecit interrogationes ad quas non tenebatur rñdere, uide Cõfessio delicti, ꝑ totũ.

Si posuit ad torturam sine legitimis indiciis, uide Tortura. §. 1.

Si allegationes friuolas admisit, quia ultra mortale tenentur læso ad restitutionem.

Si adpellationem legitimam non admisit uel friuolam admisit, quia ultra mortale tenetur parti læse, secundum ꝙ dico Appellatio §. 15.

Si pauperibus non prouidit de aduocato, uide Aduocatus. §. 10.

Si pœnã relaxauit uel auxit, uide Pœna. §. 18.

Si arestauit aliquem uel bona eius descripsit, uel officiales misit, ut sic pecuniam extorqueret contra iustitiam, uel aliquid aliud inuenit ex quo pecunias haberet, quia tenetur ad restitutionem.

Si in sentẽtia apposuit clausulam obscuram, ut ille contra quem dabatur se posset defendere contra iustitiam, quia ultra mortale tenet̃ ad restitutionẽ de dãno dato parti.

Si partem non condemnauit in expensis, cum deberet & peteretur, quia ultra mortale tenetur ad restitutionem parti.

si

Si ut extorqueret pecunias modo suo fecit q id quod iure ordinario debebat expedire faceret iure de legato.

Si purgauit prouinciam malis hominibus, uide Iudex.§.7.

Si iudicauit secundum allegata contra ueritatem quam sciebat, uide Iudicare. §. 7.

Si sententiam alicuius censure ecclesiasticæ protulit sine monitione & scriptis. Vide suspensio.1.§.16.

Si iudicare præsumpsit non sibi subditos nec ratione rei uel delicti, uide Iudicare §.7.

Si protraxit sententiam in lōgum ut pecunias extorqueret mortaliter peccauit & tenetur ad restitutionem non solum pecuniæ acceptæ a parte quæ iusticiam habebat, sed & ad omne datum quod habuit ex tali dilatione.

Si interposuit autoritatem in aliquo cōtractu mulieris uel minoris in eorum damnū propter pecuniā uel amicitiam, quia ultra mortale tenetur ad restitutionem leso.

56 Circa officiales Dominorum & Cōitatū.

Si comminatus est alicui nisi ei daret &c. uide Concussio.

Si exegit iniusta grauamina de mandato sui superioris, quia ultra mortale tenetur ad restitutionem totius exacti si ille non uult restituere in cuius utilitatem est exactum.

Si executus est iniquam sententiam, uide Iudicare.§.7.

Si non obuiauit malis quantum potuit bono modo, uide Consentire.§.2.

Si fuit proditor terre uel castri, habes.ī.Auaritia.26.§.15.in prima filia.

Si fuit officialis tyranni, aut iniusti domini, uide Dominus in prin.

Si non accusauit quos tenebatur ex officio, quia si ex iuramēto tenebatur erit mortale peccatum, alias nō semper, uide Pœna. §. fi.

Si emit officia uel super ipsa mutuauit, uide Officium.§.2.

Si habens soluere de pecunia domini uel communitatis aliis extorsit tantum pro ducato existens p̄e salariatus, quia restituere tenetur officium.§.3.

Si quos inuenit de nocte dimisit propter pecuniam contra statuta quia uidetur mortale.

Si seruauit statuta quæ iurauit in principio officii.

57 Circa consiliarios dominorum uel communitatum.

Si existens in consilio consensit alicui malo, uide Consentire.§.2.& Consilium.§. 1.

Si dedit fraudulentum consilium Ibidem.

Si proposuit aliqua in consilio in damnum aliquorum, quia ultra mortale tenetur ad restitutionem damni totius, quando sine eo non fuisset. Consilium.§.1.

Si consensit ad aliqua statuta fienda quę erant iniusta aut cōtra libertatem ecclesiæ. Vide ibidem, & Excommunicatio.7. Casu. 12. & Casu 43.

Si res communitatis permisit dilapidari, uel ex inutilibus commissionibus, aut qualitercunque, uide Administratio.

58 Circa arbitros uel arbitratores.

Si iniquā dedit sentētiam scienter, uel ex ignorantia, uide Iudex §.21. cum sequen.

Si permisit expirare compromissum uide Arbiter §.1.

Si pro spirituali dedit temporale in recompensationem, uide Ibidem.§.7.

Si pro pace abstulit ab uno & dedit alteri, uide Ibidem.§.6.

59 Circa accusatores, si accusauit aliquem mala intentione, uide Accusatio.§ 6.

Si accusauit aliquem calumniose, uide Ibidem.§.8.

Si iurauit non accusare. Ibidem.§ 6.

Si accepit prætium ut non accusaret ibidem.

Si accusatus respondit calumniose. Ibidem. §.13.

Si accusatus tacuit ueritatem, ibidem.§.12.

60 Circa aduocatos. Si inhibitus a iure aduocare aduocauit, uide Aduocatus.§.1.cum multis sequentibus.

Si defendit iniustam causam. Ibidem.§.13.

Si amisit causam iustam per suam ignorantiam uel negligentiam, ibidem.§.12.

Si immoderatū salariū extorsit. ibidem. §. 14.

Si non aduocauit pro pauperibus ibidē. §. 10.

Si fecit pactum cum clientulo de quota litis. Ibidem.§.14.

Si reuelauit aduersario secreta clientuli, uide Falsarius.§.2.

Si causam usurariam defendit. quia ultra mortale tenetur ad restitutionem, uide infra restitutio.1.in uer. usurarius.§.fi.

Si frustratorias dilationes quæsiuit, quia tenetur ad restitutionem parti lese.

Si falsas leges uel instrumenta produxit, uel instruxit clientulum de falsitate dicenda, uide.s.Tho.2.2.q.69.

Si qualitercũque fuit causa alicuius damni in huiusmodi aduocatione, quia ultra mortale tenetur de damno parti lese.

Si solũmodo attendit ad ordinem iudiciariũ, & non ad merita causæ sicut hodię communiter faciunt Aduocati, & tamen non excusantur a mortali, & ab obligatione restitutionis damni si defendunt causam iniustã quo ad merita, quantumcunque quo ad modum procedendi sit inordinata, quia ordo non est inuentus nisi propter deceptiones euitandas.

61 Circa procuratores, si defendit causam iniustam mortale est, & tenetur ad restitutionem leso.

Si infideliter uel negligenter se habuit, uide Locatio.§.23.

Si in positionibus ponendis uel respondendis periurauit, uel fuit causa periurii, mortaliter peccauit, uide periurium.§.4.

62 Circa notarios, si ex ignorantia dictauit male instrumenta uel testamenta propter quod proximi damnificati sunt. Vide culpa.§.5 & 6.& infra. Tabellio.§.6.

Si instrumenta quæ recepit non posuit in prothocollis suis, ex magna negligẽtia uidetur mortale peccatum in instrumentis ex quibus ex earum perditione proximi possent notabiliter ledi.

Si maliciose occultauit uel destruxit instrumenta, uide Falsarius.§.3.

Si falsauit instrumenta addendo aliquid quod non fuit expressum, uel alio modo, uide Falsarius in principio.

Si non bene informauit in renuntiatione alicuius iuris ponenda in instrumẽto partem quæ erat ignara, quia tenetur ei de damno eo quia est causa deceptionis proximi.

Si fecit instrumenta in fraudem usurarũ, uide Restitutio.1.in litera. Vsurarius.§. 6.

Si petiit indebitum salarium tenetur restituere, facit ꝙ dico Emptio.§.7.

Si notarius Episcopi petit ab ordinandi salarium non secundum instrumentum, se secundum qualitatem ordinis, quia est symoniacus quantumcunque non sit ad salariatus. Vide symonia.3.§.22.

Si recipit instrumenta pro testamento renuntiatione donatione uel alia absolutione illius qui non erat sane mẽtis, quia ultra mortale tenetur ad restitutionem leso.

Si scripsit dictauit uel redegit in publica forma statuta contra ecclesiasticam libertatẽ, uel in fauorem usurarum. Vide Excommunicatio.7.& casu.44.

Si rogatus pro pauperibus noluit gratis facere, quia tenetur secundum ꝙ dico de Aduocato. Aduocatus.§.10.

63 Circa litigantes, si calumniose accusauit aliquem, uide Accusatio.§.8.

Si mala intentione. Ibidem.§.4.

Si accusatus dedit pecuniam accusatori, ut desisteret. Ibidem.§.11.

Si calumniose se defendit. Ibidem.§.13.

Si nõ respõdit ueritatẽ interrogatus quãdo tenebatur. Vide cõfessio delicti in principio.

Si litigauit sciens iniustam causam habere. Vide Litigiosa.§.2.

si habens iniustam causam litigauit non per media iusta sed indebita, ut puta cum mendaciis, periuriis, & huiusmodi mortalr peccauit ẽm Tho.2.2.q.49.ar. non tamen tenetur ad restitutionem, si aliquid obtinuit per iniustam sententiam, uide sententia.§ 7.

si appellauit causa afferende more. Vide appellatio. §.15.

si ratione studii uel artis fraudulenter conuenit aduersarium coram aliquo iudice, uide Argumentatio.§.3.

si habens conseruatorem procurauit, ut intromitteret se de non notoriis Vide conseruator.§.1.

64 Circa testes si requisitus in iudicio noluit dicere ueritatem, uide Testes.§.26.

si falsum testimonium dixit Ibidem.§.30.

si dubium pro certo proposuit, uide Periurium.§.3.

si pecuniam accepit pro testimonio ferendo, uide Testis.§.28.

65 Circa tutores, uel curatores, si bene administrauit in utilitatibus pupillorũ, uide Administratio per totum, & tutela.§.2.

si consummauit bona ipsorum, uel sibi appropriauit, quia tenetur ad restitutionem, ut patet ibidem.

66 Circa executionem testamentorum uel ultimarum uoluntatum. si alienauit relictum, uide Dos.§.26.

si soluit debita defuncti, uide Heres §.5. & 6.

si legata impleuit, uel nimis distulit, uide Executio §.23.& 24.

67 Circa curiales. si fuit dulator ut obtineret beneficia & huiusmodi, uide Adulatio per totum.

si

Si proposuit dominis aliqua, unde possent extorquere pecunias indebite. Vide consilium.§.1.

Si bona confiscata inique sibi fecit donari, quia tenetur restituere.

Si fuit leno ,p domino, mortalia multa in hoc sepe committuntur, uide infra restitutio.1. in uer. animam ledens.

Si totum tempus expendit in ociositate. uide Præceptum.§.5.

Si reportauit mala de alio, ut eum poneret in inimicitiam domini, uide susurratio.

Si delectatus fuit dicere mala de aliis uel audire. Vide Detractio.

68 Circa principes & dominos seculares.

Si habet dominium ex iusto titulo. Vide Dominus in principio.

c Vel testamẽtũ] Si quis fecit testamẽtũ & iurauit non mutare, põt nihilominus aliud cõdere testamentũ & nõ erit periurus, idẽ tenet Bar. ĩ l. cum duobus. §. idẽ respõdit. ff. pro so. & allegat rationẽ, quia. s. tale iuramentum nõ ẽ obligatoriũ ex eo, q̃a est cõtra bonos mores, quia se priuaret factione testamenti, ut ĩ l. fi. C. de pac. & in l. stipulatio hoc modo concepta, de uerb. obli. Facit regula non est obligatoriũ de reg. iur. quãquã Io. An. in mercu. i regula quod semel te nuerit talem esse periurum, licet possit facere aliud testamentum. Idem tenuit Bar. in l. si quis in princip. testamenti in fi. prin. de leg. 3. & in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta, de uer. oblig. & ubique reprobat opinionem Dyn. circa quã dã cautelã Bal. ĩ repe. l. 1. ad fi. C. de sa. san. ec. dicit ꝙ est per iurus cõtrauenieniendo, quia iuramentũ fuit temerarium. uide Imo. in c. cũ cõtingat, de iure iu. 17. carta. & Pau. de Ca. consil. 381.

d Secus si simpliciter] Puta ego iuro tibi petro secus si diceret iuro tibi Episcopo, quia tenetur etiam successoribus &c. Quia teneť seruare iuramentũ. Nam dignitas nõ uariatur ex diuersitate pręsidentiũ, ut in c. liberti. 12. q. 2. & in c. si gratiose. de rescri. li. 6. facit c. qm̃ Abbas. de offi. deleg. Et quod not. Bar. in centesimis. de uerbo. obli. in §. id autem. ubi dicit. Stipulatio facti non transit ad hæredem si concernat personam promissoris.

e Occasionem mulierib.] Vel si iurat eã sup nullo crimine se accusatu iũ, & mulier efficitur infidelis & nollet cohabitare absque cõtumelia creatoris.

Vel

iuramentum, uel promissionem [a] prius factam, ut in c. sicut ex literis de spō. & c. quāto de iureiurā. & in c. intellecto eo. ti. Intellige si promissio etiā fuit simplex ꝭm Hos. & Pa. qui refert eundē Hos. in d. c. ueniens, & c. sicu. & Innoc. in d. c. sicut, quamuis postea Innocen. teneat contrarium in c. ueniens, de iureiu. sed non est uerum per c. iuramenti. 22. q. 5.

16 Sed quæro utrum actus gestus contra primū iuramētū sit ipso iure nullus. ℞. Pa. in d. c. intellecto, ꝗ si actus dependet a mera uoluntate iurantis, puta quia nullo iure prohibet, sic tenet. Vnde dicit Inn. ī c. dilecto de pręb. quod si quis iurauit non alienare librum, & tamen alienauit tenet alienatio, licet sit periurus. Facit. c. ultima uoluntas. 13. q. 2. in glos. ubi tāgitur ꝗ qui iurauit nō mutare testamentum, si mutat tenet ꝭm licet sit periurus, nisi in casu de quo. s. §. 12. Hos. in c. cum marthe. de cele. mis. tenet ꝗ non ualet secundū testamentum. Sed Io. An. in regula ꝗ semel placuit li. 6. tenet ꝗ ualeat, quia nullo iure cauetur, qđ sit nullum factū per quod fit contra iuramentum. quod uerū est qñ actus dependet a mera facultate iurantis. Si autem dispositio actus nō depēdet a mera uoluntate iurantis, puta quia interdicitur a lege fauore ipsius iurantis, exemplū in muliere & minore. [b] qui non possunt alienare, uel alium contractum facere sine certa solennitate, & tunc actus iuratus contra primum iuramentum non ualet ipso iure, & sic intellige gl. in uer. compellendos. c. licet de iureiur. lib. 6. ratio quia actus sine iuramēto erat ipso iure nullus obstante prohibitione legis. ratione autem iuramenti substineri non potest, quia iam obligauerat se deo per primum iuramentum, & sic secundum iuramentum fuit illicitum, & idem dic quando actus prohibetur ratione publicæ utilitatis, & iste est casus d. c. intellecto [c] Dic ergo quod si lex seu statutum non resistit actui iurato, quod si fiat contrarium, nō est ipso iure nullus, secus si resistit, ita tenet Archi. in c. si a sede, præben. libr. 6. Gaspar. de caldc. in c. cum contingat, de iu. iu. & Spe. de emp. & uen. §. loco uer. & not. & uer. quid ergo in fin. quod not. pro cautela mulierum quæ timēt ne inducantur ad aliqua facienda in eorum præiudicium, ꝗ iurent prius in manu alicuius coram testibus se nolle tales alienationes uel renunciationes facere, dummodo, quando contrarium faciunt intendant non facere contra iuramentū primum. s. non effectualiter renunciare, sed solū uerbaliter, quia sic non erunt periure in conscientia, eo ꝗ primum iuramentum intellexerunt effectualiter, non uerbaliter solum.

17 XIII. non est obligatorium iuramentū, quando ille cui est præstitum frangit fidem iuranti, [d] sed not. secundum Pa. in c. peruenit el. 2. de iureiur. ꝗ quandoque duæ obligationes respiciūt se adinuicem. i. ad idem factum tendunt, puta promisit tibi equum propter quod alius promisit mihi centum, & sic si ego nō seruo promissum nec ille tenebitur mihi de centum, & sic intellige illud Frangenti fidem fides frangatur eidem ff. pro socio. l. si conuenerit in fi. 28. q. 2. si infidelis. ff. de inoffi. testamen. l. si instituta. in prin. C. de pac. l. cū proponas la. 2. & si intelligit dictum. c. peruenit. & c. constitutus, de pœnis. Idem dico quando conditionaliter promisi. puta iuraui ire romam, si dederis centum, si non das non teneor, quia promissio mea non purificatur nisi a tempore existentis conditionis. l. cedere diem. ff. de uer. sig. insti. de uer. obl. §. ex conditionali, quandoque autem obligationes non referuntur adinuicem, sed ad diuersa. Exemplum, promisi tibi simpliciter centum, & non ex hoc, sed simpliciter promisisti mihi aliquid facere, tunc licet ego non impleam promissum,

a Vel promissionem] Intellige nisi primum iuramentū esset illicitum, ut in c. tua nos. e. ti. ubi uir & mulier separati de ꝑ se & iurauerūt nūquā redire cōpellunt reuerti nisi obseruare cōtinentiam promitterent.

b Et minore] Et in c. cū contingat. eo. ti. & in aut. sacramēta puberū. C. si aduer. uendi.

c D. ca. intellecto] Vbi tex. iurat nō alienare bona regni si qs alienat cum iur̄o nō reuocādi non ualet istud scđm, duplici de cā. prima, qa est illicitū cū sit cōtrariū primo licito, scđa qa tendit in præiudiciū alterius, & ex hoc deciditur q. ꝗ si prælatus iurat nō alienare bona inconsulto Papa, ꝗ si alienat tenet alienatio qa tenet actus cōtra iuramentū qñ lex aliter non resistit, & hoc tenet Pan. in d. c. intellecto, & Archi. in c. si a sede, de ꝑben. li. 6. Intelligit qñ alienat ex cā cū debitis circunstātiis, & uide supra. Iuramētū. 4. §. 2.

d Frangit fidē iuranti] Pone exēplū obligaui me tibi seruire in bello ratione feudi qđ mihi concessisti. certe si aufers mihi feudum non teneor. arg. c. 1. de feu. & in c. potuit. de loca.

sum,tamen alter tenetur,q̄a non promisisti mihi ratione promissionis meæ,sed simpliciter,& de specie ad speciem non fit compensatio ut not. in cap.2.de deposito hoc tenuit Cy.in.d.l. cū proponas, & sic intellige.c.no.li.22.q.1. ubi dicit̄ q̄ hosti seruāda est fides, [a] nec obstat. c. q̄ deo patri.33.q.5. de uoto uiri & mulieris, ubi licet alter tamen tenetur seruare, quia ibi simpliciter quilibet eorū uouit deo, non cōditionaliter, & ei est obligatus.Secus si cōditionaliter, saltem tacite, puta, quia si de hoc cogitasset non uouisset,quia sic non tenet̄ per ea quæ dixi s̄. Iuramentū.4.in prin. & Iuramentum.6.§.1.in fine.

18 Sed quid si ille cui iuraui non implet promissum ex necessitate aliqua.puta q̄a non potest. [b] ℞. q̄ nihilominus ego non teneor ad iuramentum factum propter illud, quia uidetur tacite sub tali conditione iurasse,& hoc tenet do. Ant.& Pa.in c.sicut el 3.de iu. iuran. & placet,licet alii teneant hoc uerum solū non teneri, quando ex negligentia alius nō attendit, uel ex uoluntate.

19 Vtrum ille qui iurauerat seruire [c] sub certa mercede soluenda quolibet mense,nō potuit implere seruitiū propter defectum solutionis, puta quia nō potuit stare in loco, nunquid poterit agere ꝓ interesse suo, ex quo per eū non stetit ℞. Albri. in l. ediles.ff. de edil. edic. quod sit, pro hoc bonus text. in l. si in lege.§.colonus, & in l. q̄ operas. ff. loca. secus si non impleuit seruitium cum posset, quia non habebit salarium per prædictam. l. ediles. §. 1. & per l.Iulianus.§. offerri.ff. de ac. emp. & uendi.

20 Vtrum iurans uel promittens non expellere inquilinum, possit expellere si non soluit pensionem ℞. q̄ sic, secundum Pa. in c.tua nos. & de iureiuran.ulti. colum. facit.l.quero.§. inter locatorē. ff. locati. ubi patet q̄ si conductor præteritis id quod tenetur ex natura contractus, non teneri ei locatorem ex promissione locationis. Idē dico in patre q̄ promisit non exhæredare filium,intelligitur, nisi crimen ingratitudinis commiserit.l. quidam cū filium.ff.de uerbo. obliga. & generaliter s̄m Bart. in d. §. inter locatorem.Hic §.facit ad omnes contractus in quibus aliquid ultro citroque ꝓmittitur, ut quilibet non teneatur seruare quod promisit,si per aduersam partem non seruatur id propter quod sunt promissa. d. §.offerri. Similiter si uir iurauit non dimittere uxorem. Intelligitur, nisi faciat contra legem coniugii,uel si promisit dotem, potest dimittere si non soluit,iuxta not. in capi. uestras, de dote post diuor. rest.Item si iuraui te offendere, intelligitur nisi causam offensionis commiseris.l. qui seruum. [d] ff.de uerborum obliga. Facit quod notatur in l.cum pater. §. libertis [e].ff. de lega. 2. & quod not.in d.c.quemadmodum.in glo. in uer.conditio.

21 XIIII. Quando mandatum legis uel superioris uult contrarium iuramento puta iuraui tibi dare.10.Iudex præcipit ne tibi dare debeam ex aliqua legitima causa,non teneor.capit. significauit, de censi. l. si.ff.qui satis.co.uel de lege, puta fuisti excommunicatus post iuramentum tibi factum de aliquo tibi dando,non teneor, nisi absoluaris,de quo tamen dic ut supra Excommunicatio. 8. §. 12. Ideo in omni iuramento subintelligitur, saluo iure superioris,idem Panor.in d.c. quemadmodum. 7.notabili,uel alterius secundum Ioā. An. in d.c.quemadmodum,facit cap. ueniens, eo.titulo.

22 XV. Quādo iuramētū est in preiudiciū alterius,

a Seruanda est fides] Tu dic q̄ ille tex. loq̄tur q̄n hosti ad certū actum fuit fides ꝓmissa quę seruāda est, ex quo hostis interim seruat fidē. Nec obstat ēt c.Inno.12.q.4.ubi fides fuit seruata ēt illi qui fraudulenter accepit, q̄a alius nil ꝓmisit,loq̄tur.n.ibi de gabaonitis qui fidem acceperūt & ipsi nihil ꝓmiserunt, unde erat eis fides seruanda.

b Quia nō potest.] Pa. alleg. tex.in l.si uno. §. itē cū quidā. ff.loca.uide supra.familia.§.2

c Iurauerat seruire.] Pone exēplū in doctore qui ꝓmisit legere, tunc enim si potuit ad implere & nō adimpleuit,uidet̄ uoluisse recedere a cōtractu, nā poterat agere contra conductorem actione locati,& sic consequi salarium.

d l. qui seruū] Per illā. l. formatur talis q̄ō. Pone feci tecū pacē & promisi non offendere, fuisti exbānitus quo casu poteras impune occidi, nunq̄d si offendo te frangam pacē. Ille tex.facit q̄d nō iūcta.l.si seruū de uer.obli. uide ibi Bar.

e §.libertis] Dicit ibi Bar. per illū tex. Si duo fecerūt pacē & ꝓmiserunt illā non rūpere, & ambo se percutiunt nec apparet quis primus, non possunt adinuicē se accusare. Secus si unus, q̄a alius potest percutientem accusare.Et iste secūdus q̄ ꝑcutit primum nō pōt accusari, ex quo primus pacem non seruauit.refert & sequitur Pa. in c. quemadmodum. 3. no.eo. tit. uide Pau.de Ca.in d. l. qui seruum. de uerb.ob.

terius, puta canonici iurant quod si aliquis eorum efficiatur episcopus seruabit quædã in præiudiciũ episcopalis dignitatis. Nam talis factus episcopus non tenetur, [a] ut in c. sicut est nostris, de iureiur. Idem dic si Cardinales iurassent in præiudicium sedis apostolice, q assumptus in Papam non teneretur. Similiter cũ uir iurauit non stare cum propria uxore. Intellige propter odium, quia non tenetur & etiam propter continentiam. Sed tunc ad requisitionem uxoris tenetur reddere, sed non exigere, quia illud est solum in præiudiciũ suum [b] uide quod not. in ca. tua nos. de iureiur. in gl. hoc uidetur tenere [c] Host. Tancre. Gof. & Ioan. An. Idẽ dic cum quis promisit tenere secretum, quia quando est alteri nociuum, nõ tenetur quin possit & debeat reuelare illis qui possunt prodesse & nõ obesse. 22. q. 5. hoc uidetũ sentire glo. in c. ego, de iureiur. Similiter intelligitur q non tenetur reuelare nisi producatur in testem, [d] qa sm Inno. in c. qualiter & quando el 1. de accusa. tenetur dicere ẽt si cogitasset de hoc qñ iurauit. Facit c. quia plerique, de offi. ordi. lib. 6 & cap. intimauit. de testi. & c. olim, de accusa. Item cum quis exigit iuramentum ab aliquo de ueritate dicenda. Si talis est homo ferus de quo præsumitur uerisimiliter q procedet non seruato ordine iustitiæ, sic non tenetur reuelare quod scit, etiam si posset probare.

Similiter & quanuis non sit crudelis, sed qui procedet ordine debito non dẽt reuelare ei quę non põt probare, [e] ar. c. si peccauerit. 2. q. 1. & 2. q. 7. plerũque. in prin. hæc Rod. illis tm̃ q pñt prodesse sed nõ obesse tenerẽ, si iurauit. ar. 22. q. 5. hoc uñ. Idẽ dic de lo qui iurauit nõ præstare auxiliũ tali. Intelligitur. s. iniuste sm Io. An. allegat. c. petitio. de iu. iur. & c. primũ, de his q̃ fi. a maio. par. c. & c. grauẽ, de de excessibus præla. ẽt si iurasset de iusto auxilio nõ dando, nõ obligatur, qa iuramẽtũ non ligat ad illicita, & cõtra ius, d. c. quãto. eo. ti. Idem dic de illo q positus in dignitate & alienãs bona iurat nõ reuocare q nõ tenetur, ut in c. intellecto. eo. tit. quia est in præiudiciũ alterius. s. dignitatis. c. cũ contingat in fi. eo. ti. c. 2. de pac. lib. 6. Et hoc tene etiã si non iurasset prius nõ alienare licet gl. [f] sentiat oppositũ in d. c. intellecto, p præ dicta, & hoc intelligo in notabili alienatione p quã leditur dignitas notabiliter. Secus esset in re modica, quia propriũ est principum donare. c. 1. de dona. & in iuramento facto a prelato de nõ alienando, nisi consulto Papa, non debet referri ad modicam [g] alienationẽ, quia iuramentũ non extẽdit ad uerisimiliter nõ cogitata. c. ueniẽs eo. sentit Fed. cõs. 203. alias 4. Sicut recitat Panor. in d. c. intellecto, ideo iuramentum filiorum fa. & minorum & uxorum seruorũ non ualet in præiudicium illorũ qui eo.

a Factus eps nõ tenetur] Imponitur tamẽ sibi pnĩa, licet non astringatur iuramento.

b In præiudicium suum] Possunt enim ambo coniuges causa continentiæ seruandæ separare matrimonium quo ad habitationem. Intellige tamen nisi sint iuuenes & suspecti de incontinentia, tunc enim iudex debet ex officio suo occurrere & ĩpedire separationem, ut c. uxoratus, & c. cum sis. de conuer. coniuga. uide Pa. in c. ueniens post Hosti. de regula.

c Hoc uidetur tenere] Refert Panor. in d. c. tua nos. 2. eo. titu. Hostien. tenere, cum gl. in uer. reuertatur, q mulier in casu illius. c. potest reuerti ad maritum propria autoritate & nõ debet expectare superioris autoritatẽ. Sed dicit idem Pa. Ta. & Gof. contra tenere, sed Io. An. uult opinionem. Tã. posse procedere quando esset dubium, an propter incontinẽtiam & ad lasciuiam se abiurassent, quia si propter hanc causam, & esset certum, tunc quia iuramentum fuisset temerarium teneretur ad uirum redire non expectata autoritate superioris si uero esset certum q propter continentiã se alienassent, magis procedere opin. Tan. & Gof. ho c. Pan.

d Nisi producatur in testem] Vide. s. Confessio. ulti. §. 22. & quę ibi notaui, & uide glos. ibi in d. c. ego, quæ dicit. Licet Episcopus ille iurauerit non pandere consilium papæ, intelligitur de consilio honesto, secus de consilio inhonesto, ex quo no. etiam papam posse peccare ex fragilitate humana. 2. q. 7. Nos si competenter. Imo potest esse hæreticus. c. si papa. 40. dist. Et ibi ait Pa. no. glos. sing. Malum cõsilium non tenetur prelatus seu uasallus celare Ita q iuramentum ad hunc casum non extenditur, facit. c. 1. eo. tit lib. 6. potest enim reuelare ei qui põt prodesse & c. scilicet sacerdoti ut oret pro eo & c. uide glo. singu. iuncto text. in uer. a contagione. in ca. ner ui. 13. di.

e Quæ non põt probare] De his duobus casibus uide. s. fam. §. 8.

f Licet gl.] Prima circa principium dũ arguit ultimum iuramentum de non reuocando esse illicitum, quia contra primo licito & c. Sed cõtrariũ est uerũ. s. ẽt non iurasset, sm Pa. ĩ d. c. intellecto, qa iurm̃ de nõ reuocando est 9 ius commune, quia in præiudiciũ dignitatis ergo nõ suãdũ.

g Referri ad modicã] Pa. in c. cũ sup cir. mediũ. de reb. ecc. non alie. & tenet In. & Anc. ibidẽ facit q uult Ang. i. §. hoc aũt. i fi. in aut. d alie. & emphy.

rum curam habent, & ideo possunt ea irritare, sicut & uota secundum Nico.de li.su p.c.30.numeri.Secus in aliis, puta uoto castitatis, sicut de uoto habes infra Votum. 2.

23 XVI. Quando iuramentum est contra legem positiuam, uel statutũ, & licet fuerint multe opi.ut recitat Pa. in c.cum contingat, de iureiur. tamẽ istud mihi uidetur uerius dicendum circa istud, qđ aut lex positiua seu statutũ aliquid prohibet propter bonos mores conseruandos, & contra hanc non ualet [a] iuramentum, ut in regula nõ est obligatoriũ. [b] de reg.iur. lib.6. Exemplum in muliere quæ uiuente uiro dedit fidẽ adultero de cõtrahendo post mortem sui uiri cum eo non ualet. Et intelligo de bonis moribus naturalibus, quia sic lex est indispensabilis & inuariabilis.5.distin. in prin. & 8. distin. quæ contra bonos. Secus in bonis moribus ciuilibus, quia iuramentum contra ipsos ualet c.significãte de pig.ubi ualet iuramẽtũ contra pactum legis commissorie. [c] Aut lex seu statutum fundatur super bono publico principaliter, & sic non tenet iuramentum factum cõtra, quia pactis uel iuramentis priuatorum ius publicum remitti non potest. [d] ad hoc l.ius publicum.ff.de pac. Aut lex seu statutum non est fundatum in bonis moribus naturalibus, nec super bono publico principaliter, sed in odium aliquorũ, & sic tenet iurm̃ qñ põt sine dispẽdio salutis implere, licet nõ sine dispẽdio [e] rerũ tpaliũ, ut in d.c. significãte, & in c. debitores, de iu.iur. Idẽ dicendũ qñ lex principaliter est fundata sup fauore priuato, licet cõsequẽter & scđario sup publica utilitate, q̃ iurm̃ ligat. Et iste est casus ꝓprie.c.2.de pa.li.6.& hoc qñ nõ cõtinet aliq̃ turpitudinẽ ꝯ bonos mores naturales, nec ex parte iurãtis, nec ex parte materiæ sup qua ꝑstat, nec ꝯ bonũ publ.cũ prĩcipalr, & rõ quare teneat iurm̃ in istis duobus casibus est, qa iurãdo nõ peccauit qa talis lex potius ẽ priuilegiatiua q̃ ꝑceptiua, & iõ eius ꝯriũ non est in dispẽdiũ salutis æternę, sed solũ rerũ tpalium, [f] aut

emphi. Vnde sumitur autem, hoc ius porrectum. C. de sa.san.eccle.& 22.q. 2. non procedit in prælato alienante rem paruam, per tex. in c.terrulas.12.q.2. Et ꝑ hoc, limitatur.c.1.qui feu. da nõ po.ubi ẽ tex. à cõtrario sensu. q̃ ꝑlatus ecclesiæ nõ põt res ecclesiæ infeudare de nouo qñ nõ est antiqua cõsuetudo infeudãdi. Fallit qñ esset res ecclesiæ parua, puta uineola uel prædiolũ, quia posset in feudari, uel in emphyteosim concedi.

a Cõtra hãc nõ ualet] Exemplũ in pacto futuræ succesionis ꝑ quod iducitur uotũ captande mortis ut l. fi. C.de pac. Itẽ in pacto ꝑ qđ aufertur libera testamẽti factio, ut l. stipulatio hoc mõ. ff. de uer. ob. Itẽ in pacto ꝑ qđ aufert libertas matrimoni, ut l. titia. ff. de uerb. obl. Idẽ de qualibet cõuentione turpi. ut l. gñaliter, & l. si plagii.ff.de uer. ob. Itẽ fauore publicæ utilitatis. Pone exemplũ, qñ uẽdunt res quæ sunt affixe edibus, qa nõ cõfirmatur uẽditio iuramẽto, quia est ꝓhibita, ut l.cetera.ff.de le.1.l.senatus.ff.de cõtrahẽ. emph. Idem in pacto qui prorogat instãtia litis, de quo uide ꝑ Bar. in l.si quis pro.eo.ff.de fideius. ubi ponit casus in quibus iuramẽtũ nõ ualet, de l. positiua pone exẽplũ ĩ mulieribus quę nõ possunt alienare res dotales auth.siue à me. C. ad uelle.

b Non est obligatoriũ] Pone exẽplũ in eo qui paciscitur se dolo aliquo nolle teneri ut c. cõtractus de reg.iur.in 6.uel pone exemplum in iurante patrem occidere.22.q.4.per totum, & ratio est quia equitas naturalis est indispensabilis super qua lex est fundata, ideo persona priuata non potest ipsam mutare.

c Legis commissorie] Licet illud pactum sit contra legem & bonos mores, iuramentum tamen tenet. ratio est quia equitas ciuilis est uariabilis ẽ capitulo non debet. de consan.& affi. quomodo una lex per aliam abrogatur. Vide in l.omnes populi.ff. de iusti.& iure.

d Remitti non potest] Pone exemplum in eo qui fecit pactum non exequi nunciationẽ noui operis publici, ut in l. iurisgẽtiũ §.si paciscar.2. ff. de pac. Item si debitori creditor fecit pactũ ut non possit cõueniri de soluendo censu publico, de pignore &c. Nã nõ ualet qñ fiscus possit agere contra possidentem ut l. inter debitorẽ ff.de pac. & ratio est quia qs non potest renunciare ei qđ per se nõ est introductum, ut in capitulo ad apostolicam de regula.

e Licet non sine dispendio] Nota tamẽ qđ istud tale iuramentum nõ firmat contractũ nam taliter iurans habet omnia remedia cõpetentia ei qui iurat soluere usuram. Potest enim a principio antequam soluat petere absolutionẽ a iuramento, ut in capitulo.1.eo.titu. uel potest solutionem repetere, ut d.capitulo debitores, uide Panor. in d. capit. cum contingat.

f Sed solum rerum temporalium] Nam lex priuata seu publica positiua non potest impedire quominus quis se obliget deo, nam iuramentum principaliter dirigitur in deum, & deus præcipit di. redde deo iuramenta tua.d. c.& si xp̃s, potest, enim lex impedire obligationem quærendam homini ad commodum subiectorum. l. cum lex. ff. de fideius. sed non obligationem quærendam deo cum lex subiiciatur deo.24.q.3.c.si habes. Quinimo nec hoc posset lex canonica, ut in c. apostolicam de reg. ubi tenet professio ante annum factam licet lex interdicat ne fiat.

Quia

si peccauit trasgrediendo, tamen potest seruare sine peccato, & ideo tenet iuramentum.c.& si Christus de iureiuran.iuncto.§. illicitum. 22. q.4. Secus autem esset quando est contra bonos mores naturales, uel contra ius publicum principaliter quia sine peccato seruari nō potest.

24 Vtrum talis cōtractus factus contra legē uel statutū principaliter fundatū super fauore uel odio priuato, ita firmetur iuramēto quod etiā hæredes [a] obligentur. R. secundum Pa.in d.c.cum contingat, ꝙ communis opi. est quod sic, quia iuramentum, confirmatoriū ualidat actū inualidum, & ex eo oritur actio. [b] ut in auten. sacramēta puberum.C.si aduers. uēdi limita nisi dolo ui uel metu sit iuramētū extortū, ut in c.cum contingat eo.ti.& c.licet eo.ti.li.6.& in c.2.de pac. li.6.& d.auth. sacramēta puberum. Secus esset in iuramēto introductorio [c] obligationis, puta iuro tibi dare centū nulla cā præcedēte, quia iste nō est modus inducēde obligationis nisi in liberto, ut in l.ut iureiurādi in princi.ff.de oper.li.& l.fina.ff.de libe.cā, & ibi Guliel. de cu. & Bart. in l.iusiurandum in prin. la. 2.ff.de iureiuran.& ideo non ligaret hæredes de iure ciuili, sed de iure canonico si fuit in culpa [d] non implendi, & iuramentum erat simplex, puta iurauit dare. 10.

a Quia etiam hæredes] Idem tenet Car. in d.c. cum contingat. ratio est quia dato quòd iuramentum nō transeat ad hæredes cum sit personale. c. ueritatis, de iureiur. ita quod eos obliget ad periurium tamen contractus extenditur ad hæredes cum sit iuramento functus. d. aut. sacramenta puberū. Idē tenet Bar. in d. l. si quis ꝑ eo. 3. mēbro principali. Paul. de Ca. in dicta aut. sacramēta, & in l. pactum.C.de colla. Imo. in l. qui superstitis.ff. de acqui. hære. unde non possunt cōueniri. Addit Pan. ubi supra secus esse qn̄ lex inhibet cōtractum odio creditoris, ut in c.significante de pig. quia tunc in odiū ipsius standū esset dispositioni. c. 1. & c. debitores. e. ti. Quiqd dixerit Fed. cons. 272. Nā ex quo sunt usure solute, qa ē satisfactū deo, cui iuratū ē nō ē ita firmatus cōtractus usurarius, qn usure possint rep.

b Et ex eo oritur actio] Sed quæritur nunquid sublato iuramento per absolutionem remaneat actus ualidus, ita quod ei conueniri non possit. Resp. Sic distingue. Aut actus sustinebatur solo iuramento, & tunc eo sublato tollitur etiam contractus, dummodo legitime tollatur. Exemplum in l.stichum.§. naturalis.ff.de sol. Aut sustinebatur contra tractus etiam alio iure, tunc sublato eo datur facilius interpellandi aliud remedium prius competēs. Exemplum in l. 2.C.de rescin. uen.

c Introductorio] Bartol. in l.iusiurandum la 2. in prin.ff. de iureiur. & in l.ut iurisiurandi in princ.ff. de operi. lib. & in l.si quis pro eo.ff. de fideiusso. no. triplex esse iuramentum. Vnum litis decisorium, quod scilicet in lite præstatur in supplementū probationis. Et ex hoc oritur actio etiam de iure canonico. l. autori. C. de iureiurand. & l. si duo ff. eod. Aliud est confirmatorium, quia scilicet contractum confirmat alias inhibitum ut in casu. capit. secundo de pac. lib. 6. Vel etiam quando præstatur super contractu a iure permisso, & tunc oritur actio ex eo, quia confirmatur contractus, ut auth. sacramenta puberum. c. si aduer. uend. Vel secundum Panormita. in cap. cum uenissent de constitu. non proprie oritur actio ex iuramento, sed potius ex contractu. Sed notabilis producitur effectus, quia accumulatur forus foro. Ita quod in electione actoris est conuenire reum nun solum in foro ciuili, sed etiam ecclesiastico, ut in c. cum c. laycus, de fo. compe. li. 6. Tertiū est iuramentū obligationis introductorium, hoc est qđ ex poslit agi. Et tūc dicunt legiste cōiter, ex eo non orit̄ actio, ut in exemplo posito hic. Ad l. si quis pro eo. de fideiuss. Vbi Bar. Nisi ī casu d. l. ut iusiurandi. & l. fi. De iure uero canonico secus ſm Barto. in d. l. si quis ꝑ eo. Inn. autē in d.c. cū uenissent & in c. nouit de iudi. tenuit nō oriri actionē. Sed agitur officio iudicis ratione pacti. Qđ tamen non est uerum, ut patet infra Pactū. §. 5. & quod ibi scripsi. Quia si ex nudo pacto oritur actio de iure canonico fortius ex iuramento. putat tamen Pan. uariis modis posse agi ex iuramento. Primo per uiam denūciationis, ut in d.c. nouit. Secundo manu regia petatur iuramenti obseruatio, ex quo papa mandat seruari. imo Deus in capitu. & si Christus, de iureiurand. Dato ergo quòd ius ciuile non donet actionem specificam, poterit tamen a ministro eius peti, ut iuramentum faciat seruare. argumen. not. in c. quæ in ecclesiarum, de constitu. Tertio poterit agi per uiam cuiusdam intimationis, in quo non erit necessaria denunciatio. Sed solum intimabitur ecclesiastico iudici iurantem in peccato stare. Iuxta not. per Panormita. in capit. 1. de iureiurand. Quarto agi poterit conditione ex lege, hoc patet per l. legitima. ff. de pac. ubi probatur ex conuentione legitima agi posse, quæ a lege approbatur. Sed iuramentum approbatur a iure canonico. imo a lege diuina, igitur agetur facit. l. statuas. ff. de acquiriend. rer. do. Et not. glos. in cap. si canonici, de officio ordin. libr. 6. in uersic. restituerunt.

d Si fuit in culpa] Tangitur hic subtiliter ex iuramento simpliciter facto oriri obligationem naturalem, quod dicit uerum Bar. in d. l. si quis pro eo, si pactum nudum præcessit aliter non. Vnde etiam de iure ciuili non oritur actio. ut in leg. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff de pact. Tu uide Anto. in d.c. cum contingat, de iureiurand. quem refert & sequitur Panor. in c. cum uenissent, de insti. Vbi dicit. Vbicunque præcedit obligatio naturalis iuramentum tunc datur etiam de iure ciuili. Et probatur, quia ubi libertus iurat se præstaturum operas domino

domino manumissuro obligatur, ita ut oriatur actio, uel iureiurandi in princ.ff.de oper. lib. & l. fi. ff. de lib. causa. Sed non est hoc ex alio, nisi quia præcessit obligatio naturalis quia libertus propter beneficium receptum obligatur patrono naturaliter, ut in c. cum in officiis, de testa.& l. sed si lege.§. cõsul uit.ff.de pet. here.ergo idẽ erit in omni casu quando præcedit obligatio naturalis, puta nudum pactũ, pro quo facit. c. per tuas, de arbi. ubi agitur ex compromisso iurato. Et facit l. 1. ff. de con sti. pecu. ubi agitur ex constituto contractu obligatione naturali præcedente. Cum ergo de iure canonico oriatur obligatio naturalis, & actio ex pacto nudo fortius orietur ex iuramento & sic iurans tenebitur.

penituit de peccatis[a] suis, credo quod teneatur per id quod dixi supra Hæres.§. 5.

25 Sed quid si in prædicta lege uel statuto fundato super bono priuato[b] uel odio dicatur non ualere contractum; nunquid ualebit si iuramentum interponatur. ℞. quod sic. facit quod not. Innoc. in ca. 2. de regula. ubi dicit quod in istis spiritualibus ius naturale præfertur iuri positiuo.

26 Quid si addatur statuto q; si seruata non fuit solennitas debita præsumit dolũ, uel aliam illicitam causam. ℞. quod si constat contractũ esse uerum & non ficticium aut dolosum, quo ad ipsum minorem & huiusmodi. pro quo fit sic iuramentum ligat tam in foro animæ, ubi creditur pro se & contra se, ut in c. significasti el. 1. de ho

a Penituit de peccatis] Puto istum esse sensum, quod ex quo iurans dare. 10. forte uidebat se compelli non posse de iure ciuili, tamen dum aduertit ad peccatum suum quod committit de iure canonico cui contrauenit non obseruando iuramentum, tunc putabit se posse constringi de iure canonico, & sic acquiescet actori & debitum soluet.

b Super bono priuato] Panormitan. mouet hanc quæstionem in d. capit. cum contingat. 10. col. uersicu. nunc ad prædicta, ubi late, & datur exẽplum, ut quia lex seu stututum quod irritat contractum minoris, irritet etiam iuramentum quando no. super odio. Dic lex prohibet filiumfam. accipere mutuo, ut quia si dicat statutum nolumus ualere etiã iuramentum si super illo mutuo a filiofamil. esset iuratum. Et dicit Panormita. Aut statutum annullat contractum sine certa solẽnitate factum, & etiã iuramentum sine aliqua fraudis aut doli præsumptione, & tunc omnino seruandum est iuramẽtum, quia ex quo statutum siue lex euacuauit contractũ in fauorem iurantis, merito iurãs potuit illi renunciare interposito iuramento, ut not. in l. si quis in conscribendo. C. de pactis, & sic est seruandum iuramentum, ut in c. licet. eod. titu. lib. 6. & in c. 2. de pac. lib. 6. & in aut. sacramenta puberum. C. si aduers. uen

di. Nec facienda est uis. Vtrum lex uel statutum dirigat uerba prohibitiua ad rem uel ad personam, prout facit Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiu. quia reprobatur commmuniter a canonistis in dicto capit. cum contingat & late refert ibi Panor. in 6. col. licet ergo ciuilis lex possit inualidare cõtractum, nõ tñ ipsum iuramẽtũ, ex quo non est super re turpi. quia hoc est de foro ecclesiastico non seculari in c. nouit de iudi. ad hoc facit qđ Io. And. in c. statutũ de hære. lib. 6. ubi dicit non ualere statutum imponẽs pœnam contrahẽti matrimoniũ, uide Panor. ubi supra.

mi. & no. in gl. fi. in cle. 1. de de pe. quam etiam in foro, contentioso; quia cessat ratio statuti.[c] Si uero fuerit dolus uel fraus, tunc si statuto suberat causa præsumendi dolum, ut quia communiter in loco decipiebantur dolose minores, tunc saluabit opi. Bal.[d] & Barto. & aliorũ qui tenent iuramentum non ualere, quia non tollit præsumptionem statuti legitimæ inductam, secus esset si statuto nõ suberat causa presumendi fraudem quia tunc ligat[e] iuramentum.

27 Sed quæro episcopus statuit quod quilibet clericus absens reuertatur infra certum diem sub pœna excommunicationi, clericus de licentia epi iuerat ad studium & iurauerat creditori suo nõ recedere ante eius solutionẽ, quæritur an obliget iura-

c Quia cessat ratio statuti.] Facit quod dicit Inno. singulariter in c. qa plerique, de immu. eccl. Si sententia transiuit in rẽ iudicatã, & post cõstat de iniquitate per confessionem partis pro qua lata fuit, quia debet reuocari, quia cessat ratio iustitiæ. uide plenissime Panormita. in d. cap. cum contingat, in c. cum inter, de re iudi. ubi de hoc dicto Innoc.

d Saluabitur opinio Bal.] In auth. sacra puperũ. C. si aduer. uen. Nam eo quia sæpe fingebantur cõtra minores contractus obligatorii arguendo a cõmuniter accidentibus ut in c. d. cle. non resi. statutum introducit quandam solennitatem qua non obseruata præsumit dolosum siue simulatum contractum. Et tunc si constat in foro anime contractum minoris fore uerum & non fictum aut dolosum, putat Panor. in d. c. cum contingat, ubi plene minorem astrictum ad obseruantiam iuramenti, quia in foro animæ creditur confitenti in præiudicium suum cap. significasti de homi. cum aliis allegatis in tex.

e Quia tunc ligat] Et ratio est quia non apparente causa urgente debet nec potest impediri absolutio quærenda deo ar. c. sunt quidam. 55. q. 1. cum si &c. Si autem subest causa secus pro quo uide text. no. in l. fin. C. de non n u. pecu. Vbi dato q; interponatur iuramentum de non opponenda exceptione non numerate pecu. tamen illud iuramentum restringitur ad limites iuris &c.

mentum uel præceptum prælati seu legis, & uidetur q̄ iuramentū sit nullum, qa cōtra obedientiā superioris nō pōt seruari sine īteritu salutis d. c. cum cōtingat, & c. 2. de pa. li. 6. sed Pa. in c. ueniētes, de iureiu. dicit & est dictum Io. An. in mercurialibus in regula in malis promissis li. 6. q̄ ex quo cum licētia episcopi fuit in studio & pro necessitate studii contraxit debitū, uidetur se obligasse cū licentia epi, quia uno concesso cōceduntur oïa sine quibus illud non habet effectū, c. præterea, & c. prudentiā, de offi. deleg. & l. ad rem mobilē, & l. ad legatū. ff. de procu. & sic nō debet recedere sed seruare iuramentum, secus si sine licentia Epi, uel non pro necessitate studii, sed pro lasciuia, quia tunc iuramentū nō ualet cōtra obedientiā superioris. Idem dico in patre reuocāte filiū qui prędicto mō iurauerat, & idē de quolibet subdito, & facit pro mercatoribus qui contra prohibitionē suorum dñorū uadunt ad certa loca prohibita ſm q̄ prohibere possunt, ut in l. fi. & quod ibi no. ff. de decr. ab or faci. & l. mercato. C. de commer. & mer. & l. relegatorum. ff. de interdi. & re. & q̄ ibi no. quia non poterunt se obligare ad ibi standum, nisi superiores tacite uel expresse consentiant.

28 XVII. Non obligat iuramentum quando iuramentū ponitur super contractu simulato [a] sed distingue ſm Pa. in d. c. cum contingat, q̄ aut simulatio est de cōsensu utriusque partis tā super contractu q̄ super iuramento, & tunc si ex iusta cā, puta iusto more, uel quia īdigebat mutuo cōcepit pignus in forma uenditionis, ut creditor lucraretur fructus & sic non obligat iuramentum, quia deficit consensus, & fuit iusta cā simulandi, ad hoc, cap. 1. quod metus causa, & l. fi. C. de non num. pecu. Si uero ex iniusta cā fit, puta causa fraudādi gabellas [b] uel aliter ad deceptionem proximi simulauit unum contractum esse alium, & iurauit singula contenta in instrumento uera, tunc eo ipso est periurus, qa simulatio intentionis ex iniusta causa non excusat, ut no. in c. interrogasti. 27. dist. sicut illæ q̄ prece uel pretio deposuit falsum, ca. 1. de cri. fal. & uolens contrauenire non debet audiri [c] sed si iurasset solum non contrauenire illi contractui quem simulabat in deceptionem proximi, licet grauiter peccauerit iurando in dānum proximi, tñ nō obligatur, quia defuit cōsensus [d] unde respectu Dei non exigitur absolutio a iuramento, ar. c. tua. de spō. sed in foro contentioso cōpellitur obseruare, nec audit̄ uolens allegare turpitudinem suam, & hoc uerum inquantū est solum in præiuditium suum, & non imminet periculum animę. Aut simulatio solum erat super contractu ex parte utriusque, sed iuramentum interuenit ne agat contra tacite uel expresse, & hoc ne contractus feneratitius detegeret. Exemplum pignorauit res quis & tamen simulauit uendere ut mutuans facit fructus suos, iurauit non detegere pignoratitium contractū, sed seruare, & tunc iuramentum obligat, & perinde est ac si iurasset soluere usuras [e] facit qđ no. Cy. in l. si ex cautiōe. C. đ nō nu. pe. ubi cōcludit q̄ iurās nō opponere exceptionē de nō nu. pe. obligatur, licet simplex renūtiatio [f] non ualeret, in foro tñ

Cccc c animæ

a Simulato] Pone exemplum ego īdigeo mutuo, tu uis pignus, facimus instrumentū ut sit uenditum pignus, & hoc solum ut posses lucrari fructus, & ego hac de causa solum feci instrumētum uēditionis, oportet utrūque simulare.

b Causa fraudādi gabellas] Puta uendidi tibi, & simulaui donare.

c Non debet audiri] Quia allegans turpitudinem suam audiri non debet maxime in elusione rerū spiritualiū, de concess. præben. ca. cum super, & c. inter dilectos, de donatio.

d Quia defuit cōsensus] Quia intentionem se obligandi modo habuit, & sic nō incidit in periurium, peccat tamen quia assūmit nomen Dei in uanum maxime ad ꝓximi deceptionem.

e Soluere usuras] Tunc non licet contrauenire, nisi prius petita absolutione, ut in ca. debitores, eod. tit. Sed uando sumus in dubio, quia constat de simulatiōe cōtractus, non tamē constat de simulatione iuramenti. Et dicitur ia foro contētioso iuramentum ligare, quia debemus præsumere q̄ noluerit abuti iuramento, c. esto te, de reg. iu. Itē iuramentū habet clausulā, si nō ualet quod ago, ut ago &c. ca. ad nostrā el 3. eod. titu. igitur &c. Ergo in proposito si iuramentum non obligat ad talem obseruantiam cōtractus simulati ꝑ cōtradictionē q̄ inde orit̄ obligat saltem quo ad obseruantiā apparentia contractus, & maxime quia hoc tenere tutius est, & uerisimilius &c. Intellige tñ qñ ex iusta cā, & nō ad decipiendū tertiū facta fuit simulatio alias secus. Idem nisi aliæ circunstante suaderēt oppositum.

f Licet simplex renuntiatio] Secundum Bal. in d. l. si ex cautione, nisi esset facta ex internallo. Nā si a principio ex quo literarū obligatio non est efficax, ergo renuntiatio non pōt eam facere efficacem.

animæ si non habuit intentionem obligandi se nõ teneatur, ut dixi supra. Aut simulatio est de uno cõtractu ad alium contractũ qui non põt seruari sine pctõ, ut contractus symoniacus, licet concipiatur sub alio cõtractu, quia tũc iurãs sciẽter peccat mortaliter, & tenetur non seruare. 22.q.4.per totum. Aut simulatio fuit ex parte iurantis tãtum super cõtractu solum ab eo simulato, ut quia aliud gerebat in corde, aliud in uerbis, uel usus est uerbis duplicibus callidæ iurando, & tũc secundum Panor. in d.c. cum contingat, intelligitur secundum intentionem recipientis, & sic deus uidetur recipere 22.q.5.quacunque.& §. ex his omnibus, & sic ligat iuramentum secundũ distinctionem, de qua. supra. Iuramentum 4. in prin.

29 Sed quod remedium erit quando iuramentum interuenit ne in contractu simulato usuræ petantur, ex quo iurauit non agere contra tacite uel expræsse. R. quòd ad uerba iuramenti est recurrendũ, q si uerba excludunt actum & exceptionem tacite uel expræsse, tunc denuntiet ecclesiæ quæ poterit eum absoluere. d. c. quemadmodum, q si iurauit nõ denuntiare nõ ualet iuramentũ, ut dictum est, intelligo quando principaliter facit ex zelo salutis proximi, licet secundario propter suam utilitatem, quia si principaliter faceret pp suã utilitatẽ, non credo tutus sit in conscientia, ex quo iurauit non denuntiare, & sic intelligo & limito c. 1.& c. debitores, de iureiurando.[a]

30 Decimooctauo nõ obligat iuramentũ rõne impossibilitatis, uel necessitatis, aut magne difficultatis post uenientis.[b] Nam de impossibilitate[c] dicitur, impossibilium nulla est obligatio. ff. de re. iu. de necessitate & magna difficultate dicunt doc. in c. quærelã. de iureiur. & in c. breui eo q excusat a periurio, ratio, quia deus respicit animũ non manũ 13. q 5. si quid inuenisti, & facit. l. fin. ff. qui satisda. cogan. unde dicit Innocen. in c. uenerabilem. de elec. in fi. quòd urgente necessitate potest quis propria autoritate frangere iuramentum, si non potest haberi superior a quo petatur absolutio 11. q. 3. antecessor.

31 Sed quid si tpe iuramẽti credebat se nõ posse implere, uel non habebat probabilem causam credẽdi q posset facere. R. Hosti. q peccauit mortaliter iurando, quia defuit in primo ueritas, in secundo iudicium & sic est periurus, secus si probabiliter credidit posse facere.

32 Decimonono non est obligatoriũ iurm qñ quis nõ habuit aĩum obligãdi se cũ iurauit, puta quis ex dolo inductus iurauit q oĩno nõ iurasset, nisi dolus fuisset, ẽt si dolus uenit reipsa[d] quia nõ tenet, facit. l. fratres. ff. de pact. & l. si soror. C. de decolla, & Fed. consi. 195. ubi determinat filiã minorẽ seductam a fratribus quæ renuntiauit bonis paternis, credens q nõ ualeant multo plus q̃ dos sua, q nõ ualet, qñ multo plus ualẽt, quia ubi dolus est ibi excludit uoluntas l. 1. ff. de dolo. tenet. S. Bo. ubi supra q. 3. art. 1. q uniuersaliter non obligat iuramentũ, si animum obligandi nõ habuit, debet tamen idẽ nitati proximi satisfacere, si dolose decepit eum secundum Ri. eadem di. ar. 1. q. 2. & an peccet mortaliter iurando. dic ut supra. §. 9. facit. c. ueniens. eo. & c. quintauallis. ibidem.

33 Vigesimo non obligat quãdo iuramentum cõmutatur in melius, ut in c. peruenit. el. 2. de iureiu. sed hoc habet duas limitationes. Primã q hoc est uerũ, quãdo utrunque non põt impleri, ẽm d. Ant. in d. c. peruenit. Nã tunc quãdo iuramẽtũ est impeditiuum uel turbatiuum maioris boni, licet sit tutum habere licentiam a superiore, tamen non est necessaria, quia potest contrauenire[e] iuramento, allegat. c. commissum[f] de spõ. & c. licet de regula. allego. c. scripturæ. de uoto. ubi hoc tenet Innocen. aperte.

a De iureiuran.] De materia huius. §. habes late per Pañ. in c. 1. eo. tit. Vbi ponit multa remedia.

b Post ueniẽtis] Pro hoc tex. & quod ibi notat Pa. in c. significante. de pig.

c De impossibilitate] Multa habes. infra Pœna. §. 13. & Pa. in c. in breui. eo. tit.

d Reipsa] Venit dolus quando fuit deceptio in contractu respectu prætii, nec partes sciunt iustum prætium, uide supra. Dolus. §. 9. ante fi.

e Quia potest cõtrauenire] Exẽplum quis iurauit uno anno seruire hospitali, sed post iuramentum uult religionem ingredi & tunc potest ut hic dicitur, facit tex. in c. qui bona 17. quæst. 1.

f Allegat. c. commissum] Iste text. non probat intentionẽ d. Ant. secundũ Pa. in d. c. peruenit. quia in d. c. commissum fuit aditus superior & consultũ fuit ut iuramentum adimpleat. & c. licẽt. facit ad oppositũ, quia & si quis uult ingredi religionẽ actiorem debet pitius licentiam petere.

te. [a] facit gloss. in c. monachum 20. q. 4. & 33. q. 5. noluit. secus esset si bonum iuratum nō esset impeditiuum maioris boni. sed utrunque posset fieri, quia sine autoritate superioris non posset cō trauenire iuramento, licet episcopus posset dispensare, ut contraueniat ratione maioris boni secundū Innoc. in c. debitores. eo. tit. Similiter dic si esset maius bonum necessario requiri dispensationem episcopi ar. c. 1. de uoto. secunda limitatio est, q̄ uera est dicta regula qñ iuramentum non concernit propriā utilitatē alicuius, quia si con cerneret non esset uera etiam si unum sit totaliter impeditiuum alterius nec prodest in hoc autoritas superioris. Facit quod no. in c. quāto. eo. ti. & in c. cum inter. p. de renun. & Io. And. in mercurialibus, in regula in malis de reg. iur. lib. 6. Nam debitor qui iurauit unam rem dare, non pōt dare meliorē aliā pro illa in uito creditore. l. 2. §. 1. ff. si cer. pe. & insti quibus mo. tol. obli. in prin. nisi uelit in propriam religionis obseruātiā cōmutare, & unū est impeditiuum alterius, & hoc placet fauore religionis, & etiam se quitur Pa. in d. peruenit.

34 Xxj. non obligat iuramē tum secundum aliquos quan do id quod iuratur cōsistit in facto, ut teneatur præcise ad factū, ratio quia ſm aliquos de iure ciuili obligatus ad factum sufficit si soluat interesse. ut in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de uer. ob. & in l. si quis ab alio. in fi. ff. de re iu. quia ſm communiter doc. tenetur uel ad factum uel ad interesse, & non præcise ad factum. ut not. Bar. in d. l. stipulationes. Sed ego dico contrarium. s. quod præcise teneatur ad factum de iure diuino & canonico, & hoc intellige si potest impleri, & non sit contra bonos mores & aliquod prædictorum, in quo non obligat iuramentum, & probatur hoc per c. 1. & c. qualiter. de pac. & c. iuramenti 22. q. 5. Facit c. licet de uoto. & c. ex literis ij. de spon. & c. nouit. de iudi. & d. c. & si Christus, & hoc uidetur sensisse Bart. ubi supra qui uult quod ubi obligatio descēdit a lege compellitur quis præ cise ad factum. ar. in l. qui liberos. ff. de ritu nup. cum si. Idem dicit si a testatore, nisi inducatur species seruitutis persone, ut in l. titio. §. titio. & ff. de conditio. & demon. hæc regula esset uera, quando quis promisit factum alienum, quia non tenetur nisi facere quantum in ipso est bona fide. de spon. ex literis. nec obstat quod dictum est suprà Iuramentum iiij. §. quia ibi non tenebatur præcise stare sententie, sed uel parere uel præstare pœnā, & hoc etiam non haberet locum, quando promittens præcise intendebat se obligare ad parendum sententiæ, uel potest dici quod uerum est quod sufficit præstare interesse sine periurio, quando factum esset inutile parti si præstaretur, uel est factum impossibile, quia tunc non obligaret iuramentum super tali facto [b] præstitum.

35 Xxij. Non obligat qñ quis iurauit seruare q̄ non est [c] puta iuraui seruare statuta. intelligitur de factis, & si addidit q̄ per idē iuramentum præstitum obseruabit etiā quę fient, non obligatur ad illa quæ fient ratione iuramenti, ita q̄ sit periurus, sed bene ratione promissionis obligabitur, ut in cap. clericus, eod. titu. sed iste casus non est ratione eius quod non est, sed quia seruare futura non iurauit sed promisit solum per iuramentum prius præstitum, non tamen tunc factum, & ideo si iuraret seruare etiam facienda teneretur, aliter esset periurus. [d]

36 Xxiii. Non obligat iuramentum præstitum circa ea quæ subduntur potestati alterius, puta uxor quæ iurauit peregrinationem, uel abstinentiam, similiter seruus monachus & huiusmodi, & ideo nō possunt implere cum eis contradicitur a uiro domino uel abbate, & de hoc dic, ut infra Votum 2. facit quod supra dixi. §. 22.

37 Xxiiij. non obligat iuramentum quan do animo euadendi solum quis aliquid iu-

a Innoc. aperte] ubi ponit exemplum. si quis iurauit ire ad S. Antonium, & nunc uult facere maius bonū. puta seruire rei publicæ, tunc potest episcopus dispensare, sicut dicit in uoto, quod est not. per tex. d. c. prouenit.

b Super tali facto] De materia istius. §. uide plene per Pañ. in c. per tua. de arbi. & in c. ueniens. de iu. iur. & uide supra iuramentum 4. §. 1. & supra eodē. §. 15.

c Quod non est] Et iuramentum est stricti iuris & non debet de facili extendi ꝓpter periculum periurii secundū Host. ut refert Pañ. in d. c. clericus, unde Ioan. And in addit. ad Spec. eo. tit. in fi. dicit unum notabile, si subditus iurauit domino aliquid postea conuenit quòd idem iuramentū extendatur ad alia. Dic quòd nō fiet extensio. d. c. clericus & sic iuramentū non extēdetur ex simplici partium consensu, sed exigitur expræssa iuratio quasi forma iurandi sit de substantia ꝓbatur in d. c. clericus.

d Aliter esset periurus] Dic tu aut quis agit extendere primum iuramentum ad obser-

rat, quod me. causa perlatum.31. q.2. Lotharius in fi. unde qui iurauit redire ad carceres si carcer est iniuriosus, non tenetur redire quod met. causa. ca. 1. secus esset si non esset iniuriosus, quia tenetur etiam si immineret periculum mortis secundũ glo. in cle. pastoralis, de re iudi. & Barto. in l. relegati.[a] ff. de pe. Et ideo istud est uerum quando uult euadere illud quod indebite substinet & sic ut euadat iurat non intendens se obligare, secus esset si intendebat se obligare quando iurauit, quia tunc dic ut supra. § 9.

38 XXV. non obligat iuramentum quando iuramentum est conditionale, uel ꝓpter causam[b] quia nisi conditio extet uel causa nõ obligatur, de condi. appo. c. uerũ de iureiu. c. peruenit. el. 2. & hoc intellige, quando tota obligatio ponebatur in conditionis euentum, uel propter causam, alias teneretur unde iurans ire ad Sanctum Iacobum, ut fratrem suũ uideat & peccata sua redimat, licet frater suus decesserit tenetur nihilominus ire propter aliam causam.[c]

